Allatii

08

835

835-XIII
C

3.308

10 R

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD IP - PALENC

[illegible]

LEO ALLATIVS,

DE TEMPLIS GRÆCORVM RECENTIORIBVS,

Ad Ioannem Morinum;

DE NARTHECE ECCLESIÆ VETERIS,

Ad Gaſparem de Simeonibus;

NEC NON

DE GRÆCORVM HODIE QVORVNDAM OPINATIONIBVS,

Ad Paullum Zacchiam.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGIS... PALENCIA

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IODOCVM KALCOVIVM & ſocios.
cIↃ IↃC XLV.

LEONIS ALLATII opuſcula hæc tria dignissima ſunt, quæ typis deſcribantur. Coloniæ, exeunte Aprili CIↃ IↃC XLV.

Henricus Francken Sierſtorpffius, SS. Theolog. Doctor, &c. librorum Cenſor.

PERILLVSTRI DOMINO,

IANO NICIO ERYTHRÆO,

ÆVI NOSTRI VARRONI

AC TVLLIO,

PATRONO MEO SINGVLARI,

DE BENEFICIIS INSIGNIBVS PLVRIMIS,

SEORSIM VERO

DE CONCILIATA MIHI

LEONIS ALLATII

VIRI INCOMPARABILIS

FAVORE ET AMICITIA,

GRATI ANIMI INDICANDI ERGO

FOETVS HOSCE

ALLATIANOS,

OBSTETRICANTE ME IN LVCEM EGRESSOS,

DICO ET CONSECRO.

BARTOLDVS NIHVSIVS.

LECTORI
EDITOR.

Laudet venales qui vult extrudere merces. Non est quod solicitem ego quemquam, ut opuscula Leonis Allatii, quæ publici juris facimus, inspicere dignetur. Convolaturiunt nempe jam nunc eo, ad explendam sciendi sitim, homines eruditi, ingente numero. Nihil itaque hic præcone me opus. Quod si tamen placet, ante nosse, tum quid librorum scripserit vir iste, tum quid rerum tractent ejus Epistolæ de Templis Græcorum recentum, Narthece veterum, & quorundam hodie opinationibus; en, ut opitulemur, & indicem exhibemus operum Allatianorum, & una Synopses Epistolarum, quas diximus. Vale. XXVIII *Martii* CIↃ IↃC XLV.

CATA-

CATALOGVS LIBRORVM LEONIS ALLATII.

Editi sunt:

I. CAtena sanctorum Patrum in Ieremiam Prophetam; Expositio item S. Ioannis Chrysostomi, nec non Homiliæ VIII Origenis, & Maximi Confessoris Quæstio, in eundem Prophetam. Omnia ex Græco conversa primus Græce & Latine Lugduni edidit, cum Ghislerii in Ieremiam commentariis, per Laurentium Durantium, anno CIϽ IϽCXXIII.

II. Eustathius Antiochenus in Hexaëmeron. Ejusdem de Engastrimytho Dissertatio, in Origenem. Origenis de Engastrimytho, in primum Regum, Homilia. Primus edidit Græce & Latine; addiditq; in Eustathii librum illum Notas uberiores, & Collectanea; ac suum de Engastrimytho Syntagma. Ibidem, CIϽ IϽCXXIX.

III. Monumentum Adulitanum Ptolemæi III Ægyptiorum Regis; Græce & Latine. Romæ, apud Mascardum, CIϽ IϽCXXXI.

IV. Iatrolaurea Gabrielis Naudæi Parisini, Græco carmine inaugurata, Latine reddita à Bartholomæo Tortoletto, & Ioanne Argolo. Ibid. CIϽ IϽCXXXIII.

V. Confutatio fabulæ de Ioanna Papissa. Romæ, apud typographos Camerales, cum Ciaccono, & ibidem iterum, CIϽ IϽCXXX. nec non Colon. Vbior. CIϽ IϽCXLV.

VI. Iulii Cæsaris Lagallæ, summi nostro ævo Peripatetici, de cœlo animato Disputatio. Typis Vœgelianis, anno CIϽ IϽCXXXII.

VII. Mantissa ad Opera S. Anselmi, Episcopi Cantuariensis. Lugduni, apud Laurent. Durantium, cum aliis S. Anselmi operibus.

VIII. Ode Vrbani VIII exhortatoria ad virtutem, Francisco Barberino dicata, carmine Pindarico Græco; impressa cum libello de Viris illustribus.

IX. Multas Libanii orationes, nondum nec Græce nec Latine editas, Morello Lutetiam miſerat, ut ederentur; quas ille, ſuppreſſo Allatii nomine, ſub Codicis Romani titulo publicavit.

X. De viris illuſtribus, qui annis CIↃ IↃC XXX, CIↃ IↃC XXXI, ac toto ſequente, Romæ fuerunt, & typis aliquid commiſerunt. Romæ, apud Ludovicum Grignanum. CIↃ IↃC XXXIII.

XI. De Pſellis, & eorum ſcriptis; ad Iacobum Gaffarellum. Romæ, apud Maſcardum, CIↃ IↃC XXXIV.

XII. De erroribus magnorum virorum in dicendo, Diſſertatio Rhetorica; ad Ioan. Franciſcum Slingelandum. Ibid. apud heredes Maſcardi, CIↃ IↃCXXXV.

XIII. Eridanus, Græco Elegiaco carmine ad Card. Antonium Barberinum; Latine redditus à Bartholomæo Tortoletto. Romæ, apud eoſdem, anno eodem.

XIV. Procli Diadochi Paraphraſis in Ptolemæi libros IV de ſiderum affectionibus, Latina facta; Græce & Latine, Apud Elzevirios, Leydæ, anno eod.

XV. Socratis, Antiſthenis, & aliorum Socraticorum Epiſtolas, hactenus non editas, primus Græce vulgavit, Latine vertit, Notas adjecit, Dialogum de ſcriptis Socratis præfixit; ad Puteanos fratres. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy, CIↃ IↃC XXXVII.

XVI. De ætate, & interſtitiis in collatione Ordinum etiam apud Græcos ſervandis; ad Card. Brancacium. Romæ, apud Maſcardum, CIↃ IↃC XXXVIII.

XVII. Salluſtii Philoſophi Opuſculum de Diis & Mundo, nunc primum è tenebris erutum, & è Græco Latine verſum; cum Notis Lucæ Holſtenii. Ibidem, anno eodem. & Leydæ apud Ioannem Maire, CIↃ IↃCXXXIX.

XVIII. Vrbani VIII Statua, Græco carmine Iambico. Romæ, apud Maſcardum, CIↃ IↃC XL.

XIX. De patria Homeri, volumen. Cui additi Natales Homerici carmine Elegiaco Græco, interprete Andrea Bajano. Lugduni, apud Laurent. Durandum, CIↃ IↃC XL.

XX. Philo Byzantius de ſeptem Orbis ſpectaculis, Græce & Latine, cum Notis. Romæ, apud Maſcard. CIↃ IↃCXL.

XXI. In

XXI. In Etruscarum Antiquitatum fragmenta, ab Inghiramio edita, Animadversiones. Parisiis, apud Sebast. Cramoisy, CIↃ IↃC XL. & Romæ, apud Mascardum, cum Animadversione in Alfonsi Cicarelli libros, & Auctores ab eo confictos. CIↃ IↃC XLII.

XXII. Licetus, carmine Græco Iambico expressus; ac Latinis Iambicis redditus à Guidone de Souuigny Blæsensi. Apud Mascardum, CIↃ IↃC XLI.

XXIII. Excerpta varia Græcorum Sophistarum & Rhetorum, Heracliti, Libanii Antiocheni, Nicephori Basilacæ, Severi Alexandrini, Adriani Tyrii, Isaaci Porphyrogennetæ, Theodori Cynopolitæ, & aliorum; ex primo Tomo, nondum edito, variorum antiquorum Leonis Allatii, ab eodem nunc primum vulgata, & Latine reddita. Ibid. anno eod.

XXIV. Hellas, in Natales Delphini Gallici, carmine Iambico; cum interpretatione Guidonis de Souuigny Blæsensis. Ibid. CIↃ IↃC XLII.

XXV. Tiberius Sophista, Herodianus, Lesbonactes, Romanus, Michael Apostolius, & alii, de figuris Rhetoricis, Græce & Latine, nunc primum editi. Ibid. CIↃ IↃC XLIII.

XXVI. Ædificationes Romanæ, procuratæ à Lælio Biscia, S. R. E. Cardinali. Patavii, apud Sebast. Sardi, CIↃ IↃC XLIV.

XXVII. Iulii Cæsaris Lagallæ, Philosophi Romani, Vita. Parisiis, apud Ioannem Bessin, CIↃ IↃC XLIV.

XXVIII & XXIX. De libris ecclesiasticis Græcorum, Dissertationes duæ. Quarum unâ, divinorum Officiorum potiores & usitatiores libri percensentur: alterâ, Triodium, Pentacostarium, & Paracleticæ, examinantur. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, CIↃ IↃC XLIV.

XXX. De Templis Græcorum recentioribus; De Narthece Ecclesiæ veteris; & De Græcorum hodie quorundam opinationibus. Coloniæ Vbiorum, apud Iodocum Kalcovium, CIↃ IↃC XLV.

XXXI. De mensura temporum, & præsertim Græcorum. Ibid. anno eodem.

XXXII. Et prodibit quamprimum Dissertatio epistolica de Missa præsanctificatorum apud Græcos. Ibid.

Necdum editi sunt:

XXXIII. S. Nili, discipuli S. Ioannis Chrysostomi, Epistolæ doctissimæ mille; Græce & Latine.

XXXIV. Photii Patriarchæ, Nicolai Patriachæ Constantinopolitani, Simeonis Logothetæ, Theodori Ancyrani, Nicetæ Magistri, & aliorum recentiorum Græcorum, Epistolæ; Græce & Latine.

XXXV. Sanctorum Patrum Orationes, necdum editæ; Græce & Latine.

XXXVI. Choritii Sophistæ, Zosimi Gazæi, Libanii Sophistæ, Michaëlis Pselli, & aliorum Orationes, necdum editæ; Græce & Latine.

XXXVII. Ioannis Lydi Chrestomathiæ de Mensibus; Græce & Latine.

XXXVIII. Ioannis Phocæ, de locis Palæstinæ; Græce & Latine. Addentur alia aliorum de iisdem.

XXXIX. Georgii Acropolitæ historia, de rebus Constantinopolitanis, diversa ab ea, quam edidit Dousa; Græce & Latine, cum Notis. Et ea, quam edidit Dousa, innumeris locis emendata, & aucta.

XL. Theodori Lectoris historia ecclesiastica tripartita, ex Socrate, Sozomeno, & Theodoreto, lib. II. qua innumera prope loca dictorum auctorum corriguntur. Græce & Latine.

XLI. Sacrarum Observationum liber; ubi varia de ritibus Ecclesiæ Græcæ exponuntur. Inter ea erunt, De Dominicis Græcorum; De Officiis Monasteriorum Græcorum; De Musica recentiorum Græcorum; De Melodis Græcorum; & multa alia.

XLII. De Georgiis & eorum scriptis Dissertatio; in qua de Georgiis omnibus agitur, qui Græce aliquid scripserunt; eorum monumenta indicantur, &, in quibus bibliothecis lateant, aperitur.

XLIII. Diatribe de Simeonibus, qui Græce aliquid scripserunt; eorum monumenta indicantur, &, in quibus bibliothecis lateant, aperitur.

XLIV. Theodorus Gaza, de origine Turcarum.

XLV. Leonardus Aretinus de Repub. Florentinorum.
XLVI. Io. Canabutius de Insula Samothraciæ, & Diis Troicis.
XLVII. Bibliotheca de Scriptoribus Græcis prophanis.
XLVIII. Bibliotheca de Scriptoribus Græcis ecclesiasticis.
XLIX. Commentarius in libellum Longini, de sublimi genere dicendi.
L. De fine temporum.
LI. De differentiis Græcorum & Latinorum in cærimoniis Ecclesiasticis & Fide.
LII. Conciliorum Ferrariensis & Florentini Acta, Notis & Animadversionibus illustrata.
LIII. De Schismate Græcorum, historia.
LIV. De fine vitæ S. Ioannis Euangelistæ.
LV. De Ptolemæis, Ægypti Regibus.
LVI. Anachronismus, carmine Elegiaco Græco.
LVII. Historia Astrologica.
LVIII. In Aristotelis Hymnum, Hermiæ dictũ, Commentarius.
LIX. De Magnete libri III.
LX. De Mandragora.
LXI. In Psellum de mirabilibus auditionibus.
LXII. Vetus Tacito lectio restituta.
LXIII. De ædificiis Pauli V.
LXIV. Carminum Græcorum Sylva.
LXV. De Academiis Orbis, & earum institutione.
LXVI. Historia Georgii Abbatis, qui Hamartolus vocari amat, ab exordio mundi ad Imperium Michaëlis, Theophili F. Imperatoris. Ex Græco.
LXVII. Ioannis Chrysostomi, & Photii Patriarchæ C. P. Explicationes in Euangelia Matthæi, Lucæ, & Ioannis, nunquam antea editæ, nec Græce nec Latine. Opus singulare.
LXVIII. Diatribe de Philonibus.
LXIX. Ecclesiæ Orientalis historia.
LXX. Tacemus, quæ præterea parturiri ab Allatio non pauca, percepimus, tum ex ejus libro de viris illustribus, tum ex epistolis Iani Nicii Erythræi & ipsiusmet Allatii ad Nihusium, tum aliunde.

SYNOPSIS EPISTOLÆ I

DE TEMPLIS GRÆCORVM RECENTIORIBVS.

TVrcæ in Græcos duri: largitionibus tamen victi, permittunt eis templa imperfecta, ac nonnulla etiam perfecta. Num. I.

Perfectorum templorum exteriora, tum alibi, tum in urbibus. II

Supra templi illic portam fornix: in quo sedilia; nec non lamina pendula; cujus pulsu convocantur homines. Campanæ enim, usitatæ ibi olim, sunt à Turcis, occupato Imperio Orientali, abrogatæ; Christianis tamen illic, ubi nulli simul Turcæ habitant, relinquuntur; ac manserunt semper in monte Atho. Lamina ea, Græce σήμαντρον, differt à Vareis: quæ sunt pulsus laminæ postremi gravissimique. III

Sub fornice illo vestibulum templi. IV

Protemplum, quod alias dicitur Narthex. Hic geminus quibusdam. Narthex non est porticus templi. Quænam ibi peragantur. V

Ex Narthece introitus est in Templum per tres portas; quarum duæ utrimque exiguæ, media ingens. & hæc est Porta speciosa: in Templi medio autem stabat Imperator. Portæ hæ cognominantur etiam Basilicæ. Aliæ autem sunt portæ sanctæ, per quas è Templo in Bema pergitur. VI

Hoc Templum appellatur alias Chorus. Ibi Sedilia. VII

Medium chori est umbilicus templi: μεσόναον. VIII

Locus cantantium: nonnullis Diaconicum. Tabulati portæ interdum tres; quarum princeps media. Laicorum nemini, nisi Imperatori, concessum, accedere in Sanctuarium ad altare; exclusis aliis, maxime autem fœminis. etsi non ab initio id observatum. IX

De prærogativa Imperatoris, contra Zonaram & Balsamonem. Abusum sustulit Ambrosius. Laudatus & senior & junior Theodosius. X

Adyta: quæ & Bema & Hierateion; Latine Sanctuarium, & Sanctum sanctorum. Hierateion perperam confundi à nonnullis cum choro. Propitiatorium. XI

Quia Bema est præcipuum, hinc Ecclesiastici dicti οἱ ἀπὸ τοῦ βήματος. Protopapa est Sacerdotum primus. XII

In Bemate Altaria. Interdum est & Parabema. Altare minus dicitur Prothesis. Diaconicum. Præfectus morum. Quid κατάστασις & ἀταξία. XIII

Non est Diaconicum idem quod Sacristia & Sacrarium apud Latinos. XIV

Diaconicum dicitur alias & Mitatorium. Xylander taxatus. XV

In Prothesi præparantur omnia ad Sacrificium. Altare alterum, idque majus, ubi celebratur sacrum, dicitur & Sacra mensa. XVI

In eodem Bemate, muro adpenditur corpus Christi & asservatur pro infirmis: quod confici solet à Sacerdote, septimanæ magnæ feria quinta. Particulæ consecratæ, dictæ Margaritæ, quia non dandæ porcis. XVII

Pyxis, qua Margaritæ custodiuntur, μιξόμηλον, olim Ciborium; tandem & Artophorion. XVIII

Musa; quæ est spongia. XIX

Ante Margaritas pendet lumen. Defertur ad infirmos Corpus Christi: etiam Turcis interdum id venerantibus. Margarita, vino mollita, cochleari datur ægroto. In eodem Bemate alibi asservatur & Confirmationis oleum. XX

Locus

Locus mulierum. XXI
De Ambone & Scenophilaceio obiter. XXII
Ritus Missæ pro defunctis. deque iis, quæ erogantur ibi in amicos & Sacerdotes, nonnunquam à fœminis etiam Turcicis. XXIII
Conclusio. XXIV

SYNOPSIS EPISTOLÆ II

DE TEMPLIS GRÆCORVM RECENTIORIBVS.

Occasio scriptionis hujus. I
Ecclesiam Græcorum Romæ, S. Athanasio sacram, non ita esse conditam, ut ejusdem nationis templa in Oriente. Quorum partes præcipuæ tres: Narthex, Naos, & Bema, cum spatio inter Naon & Bema, Cantoribus attributo & Lectoribus. II
Templorum genera quinque. I. Τρουλλωτὰ, Trullata. quid Trullus. Ab his vix differunt κυλινδρωτὰ, κυκλοειδῆ. II. Καμαρωτὰ, fornicata. III. Σταυρωτὰ, Crucis figuram referentia. IV. Δρομικὰ, formæ quadratæ. V. Mixta; nempe ex hisce, quæ diximus. Hodie autem Græcorum fere omnia Dromica. III
De Embolis varia. Embolus hodie est ecclesiæ porticus: ubi depictæ Sanctorum effigies & historiæ. IV
De Solea. Quid ea sit, inquirendum restat. Interim verisimilior opinio Meursii, quam Gretseri. V
Parabema. Altare Prothesios non uno modo situm. De quantitate & forma Templi ac Narthecis; de mulierum loco, & sedium dignitate, & id genus aliis rebus, pluscula. VI
De Paraclesiis, seu parvulis ecclesiis, quæ juxta ecclesiam principem. Earum situs numerusque varius, & usus. VII
Sellæ, aliæ fixæ, aliæ mobiles: aliæ sublimiores, pro Episcopis; aliæ humiliores, pro Clericis inferioribus. VIII
Episcopus, recens consecratus, in Synthrono collocatur. Idq; est ἐνθρονίζεσθαι. Sicuti Bema est eorum, qui sacris initiati Ordinibus, ita Thronus Episcoporum, Synthronon aliud in Bemate, aliud extra. Altare est lapidea tabula, vel columnata, vel basi undiquaque incumbens. columna autem vel unica vel quadruplex. Theca ibi, pro Sanctorum Reliquiis. IX
Conclusio. X

SYNOPSIS EPISTOLÆ
DE NARTHECE
ECCLESIÆ VETERIS.

DE Narthece apud Græcos recentiore actum alibi. De Narthece veterum qui ſcribunt, multum diverſa tradunt. Num. I

Narthex hic erat pars eccleſiæ. Quid Dominicum ; ex Balſamone. Vt Chriſtianorum genus triplex, ita & ædium iſtarum ſacrarum partes tres. Supremum locum habebant Adyta, ſeu Sacrarium ; pro Perficientibus. Inferiorem, ſeu medium, Templum ipſum, ſeu Chorus ; pro iis qui perficiebantur. infimum, Narthex ; pro purgandis. Ergo Narthex & in eccleſia, late dicta ; & extra eam, ſumtam ſtrictius. Teſtimonia Dionyſii Areopagitæ, Balſamonis, auctoctoris vitæ Theodori Studitæ, & Alexii Ariſteni. Dionyſius ἱερατεῖον vocat ſimul accepta hæc tria, Bema, Naon, ac Narthecem : & quam ob rem. Hallucinationes quorundam. Apud Græcos hodie ſolum Bema, ſeu Sacrarium, eſt Hierateion. II

Balſamonis error. Heinſius & alii, Narthecem ajentes fuiſſe porticum, qui porticus appellatus potius ἔμβολος, refelluntur ex Gregorio Thaumaturgo ac Dionyſio. III

Narthecis, ſeu Pronai, non fuit uſus olim, qui nunc eſt, adeoque jam Balſamonis tempore erat. IV

Ioſephus Vicecomes, perperam & Monachis locum aſſignans & Baſilium allegans, refutatur è Dionyſio, Pachymere, Simeone Theſſalonicenſi, ac Gregorio Nazianzeno. V

Ioannis Moſchi teſtimonium rejicitur. De loco puerorum ; ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, accipientibus Bema aliter, nempe pro Ambone, in quo legebantur Scripturæ, & conciones habebantur. VI

Narthex, locus eorum, qui ſe purgabant ; ut loquitur Dionyſius. Eorum genera tria : infimi, Catechumeni ; medii, Energumeni ; ſupremi, Pœnitentes. Ita Dionyſius, qui, non recte intellectus à nonnullis, explicatur, etiam ex Pachymere. VII

Catechumeni, inquam, infimi ; iterum ex Dionyſio : cui ſuffragantur Maximus & Pachymeres. VIII

Catechumenorum claſſes duæ : inferior, Audientium; ſuperior, Competentium. ex Concilio Nicæno, Alexio Ariſteno, Matthæo Blaſtario, & Scholiaſte Harmenopuli. De Audientibus, Tertullianus, & Cyprianus. De Competentibus, Auguſtinus, Ambroſius, Iſidorus, Hieronymus, & Concilium Agathenſe. Hos Competentes vocat Electos Leo Magnus. IX

De Catechumenorum loco variante, opinio Vicecomitis adverſa ; cum ſuis fundamentis. X

Rejicitur hæc, adductis Harmenopulo, Gregorio Thaumaturgo, Balſamone, Dionyſio, Synodo Neocæſareenſi, Ariſteno, Blaſtario, ac Cyrillo Hieroſolymitano. ex quibus conſtat, Catechumenos Competentes, ſeu Genuflectentes, ſi peccarent, rejici ſolitos in inferiorem Audientium claſſem ; qui vero hîc delinquebant, pelli extra totam eccleſiam, ubi locus erat Deflentium ; ſi tamen reſipiſcere quærebant ; alias habebantur ut Ethnici. Miſſæ tantum pars erat pro iis qui in Narthece, non vero primaria : auditis enim initialibus uſ-

que

que ad Euangelii, Scripturarum & Homiliæ finem, dimittebantur illi omnes. ex Dionysio, Maximo, Hincmaro Remensi, & Augustino. Notatur & emendatur, adductus à Vicecomite, Balsamon. XI

Ritus dimittendi tunc omnes è Narthece. Nempe post missam Catechumenorum, (sic enim pars ea Missæ prima appellabatur,) & antequam accederetur ad Missam Fidelium ; peracta oratione, & accepta benedictione Episcopi, per Hypodiaconos jubebantur exire : primo, infimi, seu Catechumeni : tum, medii, seu Energumeni : ac demum, supremi, seu Pœnitentes. ex Blastario, Chrysostomo, Concilio Laodiceno, Zonara, & Aristeno. Iustellus taxatur, orationem super Catechumenos, in Concilio Laodiceno, partem esse putans Missæ Catechumenorum : quum potius diversum quid ab ea sit. Orabant quippe pro eis fideles primum : deinde accedebat Episcopi benedictio. Atque orationes illæ vocabantur Paratheses ; Alexio Aristeno teste : nec aliud erat oratio super Catechumenos : Missa Catechumenorum non item ad solos Catechumenos pertinente, sed ad omnes sine discrimine. Taxatur & Blastarius, negans, omnes exiisse è Narthece, dictis Parathesibus. XII

Vicecomes denuo castigatur. Catechumeni nulli parti Missæ defunctorum intererant ; quod licitum Energumenis, ac Pœnitentibus. ex Dionysio. XIII

Catechumenorum pœnæ variæ. Punitos eos, videntur negare Basilius, Zonaras, Balsamon, & Aristenus. Zonaras non recte conciliat cum Synodo Neocæsareensi Basilium ; sicut perperam quoque Aristenus & Blastarius eundem Basilium interpretati. Conciliat auctor melius. XIV

De Energumenis. Digniores hos fuisse Catechumenis, contra Vicecomitem. XV

An ad Energumenos pertineant, qui in Synodo Ancyrana dicti Hyemantes. Zonaræ opinio, & Balsamonis. adducuntur & Liturgiæ veteres, & Aristenus, & Scholiastes in Harmenopulum, & Maximus. Sententia auctoris, Hyemantes esse, qui à Dæmone obsessi spiritualiter. Allegat Dionysium, Pachymerem, & Maximum. Et Hyemantibus hisce locus erat extra templum, late sumtum, cujus pars Narthex. XVI

De Pœnitentium classe ; quæ in Narthece erat suprema. Vicecomitis opinio, Catechumenos eis digniores fuisse ac superiores. XVII

Redarguitur ex Thaumaturgo Vicecomes ; ejusque ex Concilio Constantinopolitano sexto objectio diluitur, ablegato lectore ad Aristenum, Zonaram & Balsamonem ; errores que alii indicantur. XVIII

Pœnitentium gradus recensentur quatuor. ex Basilio, Blastario, & Aristeno. XIX

Pœnitentium infimi, extra Ecclesiam in Propylæo seu porticu, vocati Deflentes. ex Thaumaturgo, Basilio, Blastario, Balsamone, Scholiaste Harmenopuli, ac Tertulliano. De iisdem Eusebius, Synesius, Greg. Nyssenus, Petrus Alexandrinus. Non uno modo accipi verbum Deflere. ex Balsamone. XX

Pœnitentes, secundi gradus, sunt in Narthece inferiores ; & vocantur Audientes. De his Thaumaturgus, Basilius, & Nyssenus. Taxantur Zonaras, Balsamon, Aristenus, & Scholiastes Harmenopuli. Præfertur hisce Blastarius. XXI

Pœnitentes, tertii gradus, sunt in Narthece superiores ; & vocantur Succumbentes. De his Basilius, Nyssenus, Zonaras, Blastarius, & Scholiastes Harmenopuli. XXII

Succumbentiam, sive Substrationem, esse Genuflexionem. De hoc ritu, Dionysius cum Maximo, & Basilius cum Balsamone. Reprehenduntur Zonaras & Balsamon, nec non Aristenus & Blastarius. Quid longa substratio. XXIII

Extra Narthecem in Nao sunt, infimo loco, Pœnitentes, quarti gradus ; qui dicuntur Consistentes. De quibus Basilius cum Balsamone, Thaumaturgus, Synodus Ancyrana, Scholiastes Harmenopuli, Aristenus, Blastarius. Quomodo Consistentia alias vocetur. XXIV

Consistentes hi non admittebantur ad percipienda Sacramenta; secus quam nonnullis visum. Adducuntur Basilius ac Theophilus Alexandrinus. xxv

Hypodiaconorum erat, in foribus infimis, qua erat ingressus in Narthecem, dirigere ordinem populi. ex Synodo Laodicena, Aristeno, Zonara, Balsamone, & Constitutionibus Apostolicis. Diaconi autem custodiebant fores Sanctuarii, in quo percipiebantur Sacramenta. ex Dionysio. xxvi

Summatim recensentur gradus Christianorum, de quibus actum hactenus. xxvii

Ordinem hunc postea desiisse; ex Maximo & Zonara. immo & jam olim variasse, ex Tertulliano. xxviii

Et magis etiam à vetusto usu abesse recentissimos. Verba Simeonis Thessalonicensis. xxix

Pœnitentes, exsolutis pœnis, ad Eucharistiam percipiendam fuisse admissos, cum Fidelibus aliis. ex Maximo, Pachymere, & Petro Alexandrino. xxx

Conclusio. xxxi

SYNOPSIS EPISTOLÆ

DE GRÆCORVM HODIE

QVORVNDAM OPINATIONIBVS.

NOn antiquis tantum rebus, verum & recentibus indagandis, atque in literas referendis, operam dari oportere. Antiqua de Strigibus, & inepta mentium plebeiarum credulitate, reperiri apud alios: nova ejus generis, quæ in Græcorum natione occurrunt, recitatum hic iri. Num. I

De vetulis, Dæmoni addictis, quæ noxam inferunt mulieribus aliis, potissimum vero infantibus, nondum baptizatis: nec non de Baptismalium aquarum, contra maleficium istud, efficacia, quanquam neglecta. II

Istiusmodi maleficam Græcis dici Στρίγλαν, Γιλῶ, Γελλώ, Γιλλώ. De Gellone Suidas; Proverbiorum sylloge Sapphonem, allegans; Ignatius Diaconus; Nicephorus Callistus; & Michaël Psellus. III

Remedia contra id malum, inepta nonnulla, pietati consentanea alia. refugium ad Deum & Sanctos, atque ad oleum lampadum, Sanctis accensarum; quod appellant Oleum sanctum. de hoc ex Typico. Oleum istud quibusnam diebus festis impertiri solitum hominibus. de usu ejus, Palladius ad Lausum, Cyrillus Scythopolitanus, Georgius Pachymeres, Nicephorus Blemmida. De oleo Crucis. Etiam herbas & virgulta, quibus exornatæ Sanctorum imagines, nuncupari Sacrum oleum. IV

Allatius, puer septennis, convaluit mirabili ratione ex morbo gravissimo. V

Alii benedicto à semet ipsis oleo utuntur; de quo auctor vitæ S. Theodori Studitæ; aqua alii, qua fuit abluta Sacra mensa, feria quinta septimanæ sanctæ; ex Typico. alii aquis, è lotione pedum, eodem die peracta; ex eodem Typico. alii aqua, ex ablutione Calicis sacri; quam dicunt ἀπομύρωμα. de aqua illa, qua Sacerdotis post Missam lotæ manus, Desiderius Abbas Cassinensis, & Leo Ostiensis. VI

Alii ad amuleta & periapta confugiunt. ex manuscripto tum alio tum Caroli Avantii. VII

Hujus farinæ hominum descriptio. VIII

A Michaë-

A Michaële Pſello naturalibus morbis adſcribi, quæ eveniunt puerulis à Strigibus. IX

Ex eodem Pſello, de Babutzicario; qui apud Suidam idem quod Ephialtes. Quid Callicantzarus. X

De loco, qui Tripotamata dicitur, in inſula Chio. Quid nonnulli faciant infantibus, ne fiant hi Callicantzari. XI

De Bulcolacis, ſive cadaveribus hominum impiorum incorruptis. allegatur Neſtauta, ex auctore Nomocanonis. XII

De Bulcolacis, à Dæmone inhabitatis, plura. Adducuntur, præter Turcogræciam Cruſii, Nicephorus Conſtantinopolitanus, Theophanes, & Cedrenus. Bulcolacam vidit Allatius Chii, cum eſſet puer. XIII

De cadaveribus iſtis idem Nomocanon, ſolere eſſe hominum excommunicatorum. XIV

Quæ & vulgata in regionibus iſtis opinio. Narrationes de excommunicatorum hujuſmodi cadaveribus in pulverem redactis. XV

De iiſdem, ex Chriſtophoro Angelo, & Emmanuele Malaxo. XVI & XVII

Quomodo Græci dignoſcant cadavera impiorum integre, ab incorruptis itidem Sanctorum corporibus. XVIII

Nereides, in Græcorum vulgo dictæ Pulchræ dominæ. De iis Pſellus. cui contradicitur. XIX & XX

De Spirituum genere, quos Elementa nuncupant: ex Teſtamento Salomonis, & Alcinoo. Elementi nomen quoque inditum rebus, magica arte confectis. Ex Cedreno, de Simeonis Bulgari ſtatua, & Ioannis Patriarchæ præſtigiis. Meleagri ſtipes. Apollonii Tyanei imagunculæ magicæ; apud eundem Cedrenum, & in Chronico Alexandrino. Palladium juxta Trojam; ex Ioanne Antiocheno. Statuæ animatæ; ex Olympiodoro apud Photium. Marſyæ pellis; apud Ælianum. Alcinoi canes; apud Homerum. Similia ex Ioanne Picardo, & Iul. Cæſ. Scaligero. XXI

Spiritus conſpicui ad puteos & alia loca aquoſa: etiam penes Chios. De illo genere Tertullianus & Pſellus. Balnearius Dæmon, apud Eunapium & Greg. Nyſſenum. XXII

De abſentium ſtatu quomodo aliqui certiores fieri quærant. Quid Allatio narratum Venetiis de imagine D. Virginis in platea S. Marci. De lampade magnæ eccleſiæ; nec non de Simonide, Imperatoris filia; ex Pachymere. XXIII

Feſto Epiphaniæ, ſolemnis apud Græcos peragitur benedictio aquarum. quiſnam earundem uſus. Benedictio illa uſitata etiam in monte Atho. Illic Monaſterium eſt Iberorum; cujus origo, relatu mira. Ibidem, feſto illo die Cruce in mare demerſa, dum canitur hymnus, dulceſcit aqua; abſoluto cantu eo, ad naturam redit. Aquæ, tunc benedictæ, non putreſcunt; niſi cum imminet calamitas. Sic neque corrumpuntur benedicti panes; præterquam ubi Deus minari videtur mala grandia: ex Pachymere. XXIV

Kalendis Ianuarii ſparguntur à patribus familias eſculenta, putantibus, inde fauſta domui eventura eo anno. XXV

Allatius, Chio Meſſanam navigans, tempeſtatem à nauarcho mirifica ratione ſedari obſervat. XXVI

Alii gallinam, quæ cecinerit, (quæ res iis plena ominis,) obtruncant. XXVII

Chiorum perſuaſio, Maſticen olim fuiſſe fluidam, ſed ſanguine S. Iſidori Martyris, illic paſſi, delibutam induruiſſe. Ea de re Nicolaus Pepagomenus. XXVIII

Animadverſio in erucas ridicula. Adducuntur hîc & Georgicorum ſcriptores Græci, & Michaël Pſellus. Quomodo precibus & aqua benedicta fugent eas Monachi Cryptæ ferratæ Baſiliani. XXIX

De lumine Hierosolymitano, post exstinctas Passionis Dominicæ tempore lampadas omnes, divinitus quotannis accenso, Vrbanus II, Guilielmus Malmesburiensis, Vrsbergensis, Polychronius, & incertus alius; item Gretserus, Cantacuzenus, & anonymus de locis Hierosolymitanis. Negat Arcudius, annuum id miraculum etiamnum fieri. xxx

Ex eo tamen lumine, & mortuis, circa hoc tempus in Ægypto è terra emergentibus, inferunt aliqui Græci, celebrandum potius Pascha juxta morem pristinum, quam juxta calculum Gregorianum. Qua de re Christophorus Angelus.

LEONIS

LEONIS ALLATII,
DE
TEMPLIS GRÆCORVM RECENTIORIBVS,

EPISTOLA I.

Doctissimo, ac de Antiquitate bene merito, IOANNI MORINO.

I. NArro tibi, Vir prudentissime, non quas structuris immanibus, cum Christiana pietas, ductu auspicioque suo, Orientis regebat Imperium, antiqua Græcia Basilicas sibi sumptuosissime extruxerat, aut Templa pro facultatum civium modulo ædificarat; sed quæ nunc, in acerbissima servitute, & religionis oppressione, aut clanculum fideles erigunt, aut vetustas edax reliqua fecit, & fidelibus innata religio frequenti accessu veneratur, ac colit. Mirum etenim est, in tanto divini cultus contemptu, & Turcarum, in Templa, iniquissima immanitate, qui lege scripta, gravissimis etiam pœnis impositis, edicunt, nullam in posterum de novo divinam domum extruendam, nec, vetustate collapsam, ac dirutam, absque Gubernatoris decreto resarciendam, tantam adhuc superesse Templorum multitudinem, in quibus Græci effusis precibus sibi Deum reddant propitium. Nimirum pii illi homines, ingenti pecuniarum profusione, pervicaces animos sibi conciliantes, id ab judicibus, nolentibus etiam legibus, extorquent, ut nutantes jam & collabentes reparare liceat: sæpe quoque solum, quasi illud jam alterius Ecclesiæ dirutæ esset, ad quam ipsis libuerit mensuram, ad novam structuram commercantur; sicque pietatem continuant, cultusque divinus perennis suppetit. Et licet ad hæc tempora in Græcia, ut jam dixi, ubique ingens Templorum copia conspiciendam se

præbeat, non eadem tamen omnibus facies eſt exterior, nec unus aſpectus interior; ſed varius, pro varietate loci & temporis, facultatibuſque exſtructoris, cultus atque ornatus objicitur. Quædam enim rudi puſillaque mole vileſcunt; alia, improbitate ſoli, decurtantur, deformanturque; alia, murorum exiguitate & contignationis, contemnuntur. Vtut tamen ſunt, veneratione ſua non carent, ſed frequenti credentium concurſu clareſcunt, in quibus, ſatis fuerit, ſi res, non indecoro equidem modo, peragatur divina. At, quæ Templi perfecti formam referunt, & in quibus, ſolemni ritu, vel ſingulis diebus, pietatis Chriſtianæ munera obeuntur, hæc fuerint.

II. Lata quaquaverſum, ut fert tamen loci conditio, planicies aperitur: in cujus medio Templum aſſurgit, ut, ſi libuerit, totum circumire, proſpectuque frui valeas. Planicies hæc lapide vel latere ſtrata, in Monaſteriis undique adaperta eſt, nullis cancellis aut mœnibus obſita, ædiculis tantum Monachorum, & undique procurrentibus viis, circumvallata; quæ eam, theatri modo, obſepiunt. Vna aliqua arbore, ex earum genere, quæ folia non perdunt, & ramis patulis humum opacant, ad arcendum ſolis calorem inumbratur. In urbibus vero, & frequentia hominum, ut tutior ſit, munitur mœnibus: quæ cum propinquis habitantium muris, ſi id commode fieri poteſt, uniuntur. Murum Eccleſiæ dignoſces ex imagine, ſive Chriſti, ſive B. Virginis, ſive alterius Sancti; ut plurimum eccleſiæ Patroni, ſupra portam appicti, &, veluti in armario, in cavo muri, omni ex parte protuberante ſtructura, & præcipue ſuperiori, aliquando etiam columellis marmoreis innixa, qua contra aëris aliorumque noxas munitur.

III. Satis in externis hiſce immorati ſumus: nam de Embolis Eccleſiæ dicemus alibi. Procede. Antequam introëas fornicem, ſupra portam excurrentem, varieque depictum, & vario marmorum genere interſtinctum, in aliis etiam templis, quod magnificentius eſt, vermiculatis teſſerulis lepidè compoſtum, columniſque innixum, conſiderato. Sedilia ex eodem marmore inferne objiciuntur. Si laſſus es ex itinere, & ſolis ardorem arcere, aut etiam honeſtis colloquiis, & ſtudioſis diſſertationibus animum recreare volueris, ſedes aptiſſima erit. Nec te fugiat ex una parte ferrum appenſum, extentum in laminam, (ego dixerim

rim

TEMPLOR. RECENTIOR.
ICHNOGRAPHIA I.



II.
Ad pag. 1.

rim chartam ferream,) & malleus item ferreus. eo λαοσυνάκτης, *Populi convocator, congregator, coactor,* (quamvis in Typico Sabæ κανδηλάπτης, *Candelarum lampadumve accensor* id agat, qui κρούει τὰς βαρέας καὶ τὸ σιδηροῦν, καὶ σημαίνει τὸ μέγα σήμαντρον; idque potuit esse, si duo ista officia, λαοσυνάκτου & κανδηλάπτου, in unum coierint; sæpius namque unus duo sibi adjuncta munia exercet; Theodorus Studita, in Carminibus, Canonarcho id videtur tribuere, Σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον, καθὼς δέοι, *Veluti tuba, percute tempore opportuno lignum, ut oportet;*) hic, inquam, verberat laminam, ut, quibus id onus incumbit, templum petant, munusque in divinis laudibus obeant suum. Quamnam autem ob causam ad sacra Monachi tribus signis, διὰ σημαντηρίων τριῶν, non item Dei turba in Civitatibus, quæ uno tantum signo, eoque magno, ad divinas laudes, advocentur, late explicat Balsamon, Meditato de hac re edito. Campanas porro, & *Campanaria*, (ita illi Campanilia vocant) etiam apud Græcos, postremis saltem temporibus, in usu fuisse, habeo ex multis, sed præcipue ex Georgii Pachymeræ historia, qui earum sæpius meminit, l. VII. τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς μετὰ τὴν τριακοστὴν τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐντεθεὶς λίκνῳ ὁ Ἰωσὴφ μόνον οὐκ ἄπνους ὢν πολλῶν παρ' ἑκάτερα παρεπομένων, καὶ ἐπευφημούντων τὰ προπεμπτήρια ἐφ' ὕμνοις καὶ κρότοις ἀνθρώπων, ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας συνακτηρίων κωδώνων εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀνάγεται. οἱ δὲ τοῦ κλήρου μόλις τὴν ἑσπερινὴν ὑμνῳδίαν καθ' ἑαυτοὺς ἐκτελέσαντες, ἐπεὶ ὄρθρος ἦν, καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπήντων, κατὰ τὸ σύνηθες, σφίσιν ἑαυτοῖς ἄβατον τὸν ναὸν κατενόουν, ὡς μηδὲ σημάντροις καὶ κώδωσιν ἠθροισμένοι. *Hoc eodem mense post diem trigesimum, cum advesperasceret, cunæ appositus Ioseph, tantum non demortuus, multis hic atque illic concomitantibus, & præeunti pompa applaudentibus, non sine laudibus & strepitibus hominum, nec non ecclesiæ campanis, quæ populum advocare solent, reboantibus, in Patriarchium reducitur. Qui autem ex Clero erant, vix vespertinis in Deum laudibus sejunctim absolutis, cum matutinum adesset, & pro more in Ecclesiam convenissent, inscansum sibi templum esse videbant, tanquam qui neque campanis neque tintinnabulis fuissent congregati.* Et ex Michaële Psello, Oratione nondum edita, ad Constantinum Monomachum: ἀλλ' οὐ πάντῃ τερφθήσῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδ' ἐφ' ὅλοις προσμειδιάσεις τοῖς ὁρωμένοις. ἐξεγερεῖ γάρ σε μέσης νυκτὸς ὁ κώδων ὁ ἱερὸς, καὶ τοῖς θείοις ἐνσηλωθήσῃ ἐδάφεσιν. *Sed non omni ex parte delectaberis, nec*

in omnibus viſibilibus gaudebis : excitabit enim te media nocte ſacrum tintinnabulum, & ſacris incumbes pavimentis. Direpto poſtmodum Imperii capite Byzantio, ditioneque reliqua Græcorum à Turcis occupata, Campanarum uſus in urbibus, in quibus ipſi degunt, intermiſſus eſt, ne per aërem palantes animas timor incuſſus, quiete, qua fruuntur, exſpoliet : ita fanatici illi homines, ex Ethnicorum Gentiliumque nugamentis, de animabus philoſophantur. Quare ſacerdotes Græci ligneo inſtrumento, ad Græcos in eccleſiam convocandos, utuntur. Id eſt lignum binarum decempedarum longitudine, duorum digitorum craſſitudine, latitudine quatuor, quam optime dedolatum, non fiſſum, aut rimoſum ; quod manu ſiniſtra medium tenens Sacerdos, vel alius, dextra malleo ex eodem ligno, curſim hinc inde tranſcurrens, modo in unam partem, modo in alteram, prope vel eminus ab ipſa ſiniſtra, ita lignum diverberat, ut ictum, nunc plenum, nunc gravem, nunc acutum, nunc crebrum, nunc extentum, edens, perfectâ muſices ſcientiâ auribus ſuaviſſime moduletur. Et hoc σημαντήριον nuncupatur, magiſque proprio nomine χειροσήμαντρον, quod manibus teneatur, iiſque pulſetur ; ad differentiam alterius magni, quod μέγα σήμαντρον dicitur, ex eodem ligno, & in turribus, ſive Campanariis, catenis ferreis, ſuis extremitatibus appenditur. Illud eſt inſigni magnitudine, ut quandoque ſex palmos latitudo, unum craſſitudo, triginta longitudo exæquet, malleoq; pro magnitudine Semanterii pulſetur. Memini, me aliquando ab Athanaſio, Imbri Archiepiſcopo, homine frugi, & mihi amiciſſimo, qui in monte Atho Ordinis ſui tirocinia poſuerat, in Dionyſiani Monaſterii Semanterio hæc carmina, incompta licet, & barbara, inſcripta audiſſe :

πόθεν πέφυκας, ὦ ξύλον;
ξύλον οἶδα με ἐν μέσῳ τοῦ δρυμῶνος.
ἄρτι κόπτομαι, καὶ σίφει δαπανοῦμαι.
νῦν δὲ κρέμομαι ἐν τῷ ναῷ κυρίου,
χεῖρες με κρατοῦν εὐλαβῶν διακόνων,
καὶ σφυροκοποῦσι με, φωνὰς ἐκπέμπω,
ἵνα πάντες ἔλθωσιν ἐν τῷ ναῷ κυρίου,
ἵνα λύσιν εὕρωσιν ἁμαρτημάτων.

Vnde es, ô lignum? Lignum ſcito me in medio ſylvæ : poſtea ſcindor, & dolabra abſumor ; nunc pendeo in domo Domini : manus tractant me pio-

piorum Diaconorum, & malleo me percutientibus voces emitto, ut omnes in templum Domini conveniant, ut remissionem inveniant peccatorum. Lignum, ex quo conficitur, corrupto vocabulo σφενδάκη vocant: quod non aliud fuerit, ut ipse existimo, quam σφένδαμνος Theophrasti, & *Acer* Plinii. Vsum lignorum hujuscemodi antiquissimum esse, ex libro miraculorum S. Anastasii Martyris, in septima Synodo, Act. IV addiscimus. Nempe, cum Cæsareæ civitati Reliquiæ S. Anastasii appropinquarent, cives omnes lætitia magna perfusi, surgentes subito, lignaque sacra pulsantes, obviam facti sunt in venerandæ Deiparæ æde. Lignum itidem habeo apud Theodorum Petreorum episcopũ, in vita S. Theodori Archimandritæ. Μοναχοί τινες ἐκ τοῦ οἰκείου θεασάμενοι μοναστηρίου, οἵ τινες τοῦ Σευήρου τοῦ ματαιόφρονος ἐνόσουν αἵρεσιν, πρὸς κνίσμα καὶ ἔριν τῶν μακαρίων ἐκείνων ἀνδρῶν ἀναιδῶς τῷ ξύλῳ ἔκρουον παρὰ τὴν εἰωθυῖαν παντελῶς ὥραν. *Monachi quidam ex proprio intuiti monasterio, qui Severi stultissimi hæresi laborabant, ad vellicationem & dissidium beatorum illorum hominum impudenter lignum pulsabant, præter solitam propemodum horam.* Et infra: οὔπω γὰρ ἦν δευτέρα τῆς ἡμέρας ὥρα, καὶ τοῦ οἰκείου προκύψας θαλάμου κρούειν τὸ ξύλον ἐκέλευσε τῷ τὴν πνευματικὴν ταύτην ἐπιτετραμμένῳ λειτουργίαν. τούτου δὲ τάχιον γινομένου, ἤπειγε γὰρ ὁ ποιμὴν τὸ προσταχθέν, ἐκπλήττεται μὲν ἐπὶ τῇ τῆς ὥρας ἀωρίᾳ ἡ ὑπ' αὐτοῦ θεόπνευστος ποίμνη. ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δὲ ὅμως συναθροίζεται ἐκκλησίᾳ. *Nondum enim erat secunda diei hora, & proprio erumpens thalamo pulsare lignum præcepit, cui spirituale id onus incumbebat: id cum quam citissime factum fuisset, Pastor enim imperio solicitabat, concutitur ob horæ importunitatem, quod sub eo erat à Deo conspiratum ovile; nihilominus in Dei ecclesiam congregatur.* Apud Nicephorum Blemmydem, in vita sancti Pauli Latrensis: μέχρι ὅτου καὶ τὸ ξύλον σημάνῃ τὴν τῶν μοναχῶν ἄθροισιν. *Donec lignum pulsaret Monachorum collectionem.* Et: προστάττει δὲ πρὸ τῆς ὥρας τὸ τῶν μοναχῶν ἀθροίσιμον κρουσθῆναι ξύλον, καὶ τὴν ἱερὰν γενέσθαι μυσταγωγίαν. *Imperat, ut, ante tempus, lignum Monachos cougregans pulsetur, Missaque sacra peragatur.* Apud authorem vitæ Athanasii Galesii, Patriarchæ Constantinopolitani: καὶ τῷ τῶν μεσονυκτίων ὕμνων τοῦ ξύλου κρούματι πρῶτος πάντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εὑρίσκετο. *Et ligni ictu, qui ad mediæ noctis laudes Monachos congregabat, primus omnium in ecclesia reperiebatur.* Et: ἕως ἂν οἱ νεωκόροι τῷ συνήθει τοῦ ξύλου κρούματι τοὺς μοναχοὺς πρὸς τοὺς μεσονυκτικοὺς ὕμνους συνήθροισαν. *Donec Tem-*

 plo

plo inservientes, consueto ligni ictu, Monachos ad mediæ noctis laudes convocarent. Apud Theodorum Studitam in Carminibus: Σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον, καθὼς δέοι. *Veluti tuba, percute lignum tempore suo, ut opus est.* Et: τοίνυν ἐπειδὰν σαλπίσῃ τὶς τὸ ξύλον. *Igitur cum quispiam lignum, veluti tubam, pulsaverit.* Apud auctorem vitæ Sancti Niconis, cognomento Μετανοεῖτε, *Pœnitentiam agite*: καὶ τῷ τοῦ ξύλου κρούσματι πᾶσιν συγκαλέσας τὴν ἀδελφότητα. *Et ligni pulsatione omnibus Fratribus convocatis.* & apud alios sæpissime. Id quoque innuit κροῦσμα, *Pulsatio*, sine alio addito. Cyrillus Scythopolitanus, in vita S. Sabæ: ἀναστὰς ὁ ἅγιος πρὸ τῆς τοῦ κρούσματος ὥρας. *Cum Sanctus exsurrexisset ante tempus pulsationis.* Et sæpe etiam σύμβολον, *Symbolum*. Typicum cap. XL: ὅτε δὴ ἐπιστῇ ὁ καιρὸς τοῦ ἑσπερινοῦ, κρουομένου τοῦ συμβόλου συναγόμεθα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Cum advenerit tempus vesperi, pulsato symbolo congregamur in ecclesiam.* Et cap. XLI: περὶ τὴν ὥραν ἕκτην κρουομένου τοῦ συμβόλου συναγόμεθα ἐν τῷ νάρθηκι. *Circa horam sextam, pulsato symbolo, congregamur in Narthecem.* Ecce ligna sacra pulsantur in Processionibus: & aliis. Quare ex ære, vel metallo, Campanæ in Græcia rarissimæ sunt, nisi oppidum illud, in quo Christiani habitant, à Turcarum commercio quam longissime absit; tunc enim Campanæ usus non denegatur. Et Campanas plerasque esse in eodem monte Atho, easque vetustissimas, quemadmodum & Horologia, ex rotis ferreis confecta, quæ sponte, ictu earundem, horas indicant, cum alio Horologiorum genere, quæ *excitatoria* non male dici possent, ab eodem Athanasio sæpius audivi. Et cum videam, à nonnullis Campanas, seu σήμαντρα Græcorum, confundi, adeo ut βαρέας, quas Græci dicunt, Campanarum nobis genus, ab aliis diversum, supponant; paucis loca quædam difficiliora expediam. Legunt enim, κρούειν τὰς βαρέας καὶ τὸ σιδηροῦν. Typicum: καὶ κατελθὼν σημαίνει τὸ μικρόν. Et, εἶτα ἀνέρχεται καὶ κρούει τὰς βαρέας σχολαίως. Et, ἐπειδὰν ἐξερχόμενος σημαίνει τὸ μέγα, εἶτα τὸ σιδηροῦν. Et, κανδηλάπτης ἐξέρχεται, καὶ σημαίνει τὸ μέγα. Et, ἀπέρχεται ὁ κανδηλάπτης, καὶ σημαίνει τὸ σιδηροῦν. Et, ἀπέρχεται, καὶ σημαίνει τὸ μέγα σήμαντρον. Et, εἶτα τοῦ μικροῦ πάλιν κρουσθέντος. & alibi sæpe. Marcus Hieromonachus de dubiis Typicis, cap. XXXIV. περὶ τὴν ὥραν πρώτην τῆς νυκτὸς σημαίνει τὰς βαρέας, τὸ μέγα, καὶ τὸ σιδηροῦν. *Circa horam primam noctis pulsat vareas, ingens, & ferreum;* σήμαντρον nempe. Si Vareæ, ut sic dicam, & ferreum pulsantur,

& eodem tempore magni & ferrei tinniunt, diversum quid fuisse vareas à ferreo necesse est. Verumtamen, si res attentius consideretur, vareæ istæ, non Campanæ, sed pulsus sunt Campanarum ; qui ita dicuntur, quod intento pulsu graviter ferantur. Cum enim triplex videatur esse Campanarum sonus ; alter, qui laxato brachio, continua remissione ac contractione, nunquam intermittente agitatione fit ; alter, qui alternis & crebrioribus ictibus, non sine modulatione, perstrepit ; tertius, quo, intento malleo, singulis pulsibus æs Campanarum increpat : Vareæ istæ non aliud fuerint, quam ictus isti postremi, graves, sejunctimque abacti, & quibus jam finitis, tempus incipiendis officiis præscriptum, expectatione qualibet summota, adesse notatur ; & hæ sive in ferreum, sive in ligneum signum, imprimebantur. Euchologium : ἀπέρχεται ὁ κανδηλάπτης, καὶ κρούει τὰς βαρέας ἐπὶ τοῦ σιδηροῦν, ποιῶν στάσεις τρεῖς, καὶ οὕτω συνάγονται πάντες οἱ ἀδελφοί. *Abit Candelaptes, pulsatque Vareas super ferreum, in tres partes eas dividens, & inter eas paululum immorans ; & sic congregantur omnes fratres.* Aliud Euchologium habet : εἶτα κρούσαντες τὸ σιδηροῦν. *Postmodum ferreo pulsato.* Typicum : εἰς δὲ τὸν ὄρθρον κρούει ὁ κανδηλάπτης τὰς βαρέας πρῶτον σχολαιότερον ἄχρι τῶν ν΄. *In Matutino pulsat Vareas Candelaptes, primum quidem tardius, ad quinquaginta.* Et : μετὰ δὲ τὸ τῶν βαρέων συμπλήρωσιν κατέρχεται, καὶ ἅπτει τὰς κανδήλας, καὶ ἑτοιμάσας τὸ θυμιατὸν ἐξέρχεται, καὶ κρούει τὸ σιδηροῦν. *Absolutis vareis, descendit, & accendit lampadas ; & præparato thuribulo exit, & pulsat ferreum.*

IV. Quod sub fornice est cum plateæ parte, quam impluvium dixeris, προαύλιον, & πρόθυρον τοῦ ναοῦ, commode nuncupabis ; quod fuerit Templi vestibulum. προαυλίων meminit Sophronius Patriarcha in vita Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ : ἦλθον οὖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὰ τοῦ οἴκου προαύλια. Et : καὶ μόνη πάλιν ὁρώμην ἑστῶσα εἰς τὰ προαύλια. Et : οὕτω μέ τις ἀθρόα διεκώλυε δύναμις, καὶ πάλιν ἔστη με εἰς τὰ προαύλια. Codinus c. XVIII : εἰθισμένον δὲ ἐπιρρίπτειν τὰ τοιαῦτα ἐπικόμβια ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ναοῦ. *Consuetudine receptum est, ut ejusmodi epicombia jaciantur in vestibulis magnæ ecclesiæ.* nec male etiam προπύλαιον diceretur. Zonaras in Can. XLVI Carth. Concilii : τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἀψῖδος, πρὸ τοῦ προπυλαίου ἐστίν. *Illud namque ante apsidem, idem ac ante Propylæum significat.* Notaque nomen Absidis in eadem significatione,

ne. Et simpliciter quoque αὐλή. Sophronius ibidem: ἐνδοῦσα λοιπὸν ἀνεχώρησα, καὶ ἔστω ἔν τινι γωνίᾳ τῆς αὐλῆς τοῦ ναοῦ. Et, ταῦτα βοήσασα ἔξειμι τῆς αὐλῆς τοῦ ναοῦ, καὶ συντόνως ἐβάδιζον. Hujusmodi Atrii, sive Impluvii, meditullium μεσαύλιον, vel μεσίαυλον, nuncupabant. Cedrenus Anno XXXVII Iustiniani; καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον γαρσονοστάσιον. *Et incendio conflagravit medium Impluvii, quod dicitur Garsonostasium.* Et anno XIV Mauritii: τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς τὸ στρογγύλον ἡλιακὸν τῆς μαγναύρας, στήσας ἐν τῷ μεσιαύλῳ τὴν ἰδίαν στήλην. *Hoc anno Imperator Solarium Magnauræ rotundum fecit, & in medio Impluvio suam collocavit statuam.*

V. Ingredere; sed, ut tibi præscribit Theodorus Studita in Carminibus, εἰς τὴν πρώτην εἴσοδον τοῦ ναοῦ.

οἴκου θεοῦ μέλλοντες εἰσβαίνειν πύλην
ἔξω γένοισθε τῆς μέθης τῶν φροντίδων.
ἵν᾽ εὐμενῶς εὕροιτε τὸν κριτὴν ἔσω,
λύσιν διδοῦντα τῶν ὀφλημάτων.

Ingressus, in Pronao es. Nicetas Choniates de Emman. Comneno lib. II. ἔνθα καὶ τὸν οἰκεῖον ἀποδοχμώσας αὐχένα πρὸς τῇ εἰσόδῳ τοῦ προναόυ πατεῖν παρεῖχε τῷ εἰσιόντι παντὶ μοναχῷ. *Vbi in templi vestibulo, in ipso ingressu prostratus, cuivis Monacho ingredienti declinatum collum calcandum præbuit.* Primus iste thalamus templi, à templo tamen procurrentibus undique muris separatus, nec ullam cum templo, nisi tribus portis, media grandi, quæ ab utroque latere sunt, parvis, necessitudinem habens. Νάρθηξ est locus in Ecclesia; quidquid alii dicant, qui extra ecclesiam ponunt: cujus mentio frequens est in libris ecclesiasticis Græcorum. Triodion in Sabbato sancto: ἡ δὲ πρώτη ὥρα ψάλλεται ἐν τῷ νάρθηκι ὁμοίως, καὶ αἱ λοιπαὶ λιταὶ ψάλλονται ὁμοίως ἐν τῷ νάρθηκι. *Prima hora canitur in Narthece similiter; & reliquæ supplicationes canuntur similiter in Narthece.* Pentecostarium, in Dominica Resurrectionis: καὶ ἐξερχόμεθα ἅπαντες ἐν τῷ νάρθηκι διὰ τοῦ βορείου μέρους κρατοῦντες καὶ τὰ κηρία ἡμμένα. Et: ὁ δὲ ἱερεὺς μετὰ τοῦ θυμιάσαι ἔξωθεν τοῦ νάρθηκος τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας, ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν κεκλεισμένων οὐσῶν, καὶ ποιεῖ σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ. *Et egredimur omnes ad Narthecem, per partem borealem, tenentes accensas candelas.* Et: *Sacerdos vero, postquam incensaverit extra Narthecem sacras imagines, & omnes Fratres, stat ante basilicas*

ſilicas portas, quæ ſunt clauſæ, & cruce ſignat cum thuribulo. Typicum, cap. XXV : καὶ ποιοῦμεν ἐν τῷ νάρθηκι παννυχίδα εἰς τοὺς κοιμηθέντας. *Et vigilamus tota nocte in Narthece, mortuorum cauſa.* Et Geronticum : ὡς ἔλεγεν ἡμῖν ὅτι τὰς νύκτας ἐκάθευδεν ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου. *Vt nobis dicebat, noctu dormiebat in Narthece eccleſiæ, in templo divi Marci.* Et Cedrenus, anno XXXVII Iuſtiniani : καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον γαρσονοστάσιον, καὶ τὰ δύο ἀσκητήρια τὰ πλησίον τῆς ἁγίας εἰρήνης, καὶ τὸ μέρος τοῦ νάρθηκος αὐτῆς. *Et incendio conflagravit medium impluvii magnæ eccleſiæ, quæ Garſonoſtaſium dicitur : item duo Aſceteria proxima ad ſanctæ Irenes, & pars Narthecis ejuſdem.* Illud etiam advertas, pleraſque eccleſias non uno tantum Narthece contentas fuiſſe, ſed ſecundum etiam adjunxiſſe. Locus iſte, in urbibus, mulieribus deſtinatur, in monaſteriis, Monachis, qui nondum ad ſacros Ordines promoti ſunt, quibus non licet, dum res divina peragitur, in interiorem eccleſiæ partem ingredi, ibique diutius immorari. Obſerva ex Typico. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἐκκλησιάρχην περὶ τούτου φροντίζειν πάντοτε, καὶ παραγγέλλειν τοῖς ἐν τῷ νάρθηκι ἱσταμένοις ἀδελφοῖς, ἵνα μὴ ἐῶσι τοὺς ἐρχομένους εὐχῆς χάριν ποιῆσαι μοναχοὺς, εἴτε κοσμικοὺς εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ ναῷ ψαλλούσης τῆς ἐκκλησίας, ὅπερ ἐστὶν ἀτοπίας σημεῖον, ἀλλ' ὀφείλουσιν ἐν τῷ νάρθηκι προσκαρτερεῖν ἄχρι τῆς ἀπολύσεως. *Oportet eccleſiarcham de hoc quoque curam gerere continuo, & iis, qui in Narthece commorantur, fratribus inculcare, ne Monachi, ſive etiam Laici, qui orandi gratia adveniunt, dum in choro canitur, in eccleſiam ingrediantur ; quod eſt ſignum indecentiæ ; ſed debent in Narthece perſiſtere quouſque officium abſolvatur.* Defunctorum quoque cadavera, ante quam ſepulturæ mandentur, dum illis juſta perſolvuntur, in eodem loco retinentur. Euchologium : καὶ μετὰ τοῦτο ἄραντες οἱ ἀδελφοὶ τὸ λείψανον ἀποκομίζουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰ μὲν ἱερεὺς ἐστιν ὁ ἐκδημήσας ἀδελφὸς, τίθεται τὸ τούτου λείψανον ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, εἰ δὲ ἰδιώτης, ἐν τῷ νάρθηκι. *Et poſtea ſuſtollentes Fratres cadaver, in eccleſiam deferunt : &, ſi, qui fato ceſſit, Sacerdos eſt, cadaver illius in medio templi ponitur ; ſi idiota, in Narthece.* Simon Theſſalonicenſis, opuſculo contra Hæreſes : ὃ δὴ καὶ ἐν ταῖς μοναῖς ἀκριβέστερον ἐπιτηρεῖται, καὶ τοὺς μὲν καθηγουμένους, καὶ ἱερωμένους ψάλλουσιν ἔνδον τοῦ ναοῦ, τοὺς ἰδιώτας δὲ μοναχοὺς, ἢ καὶ λαϊκοὺς ἐν τῷ νάρθηκι. ὃ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἔτι γινόμενον εἴδομεν ἔν τισιν ἱεραῖς μοναῖς. νῦν πάντα τῇ ἀμελείᾳ παρορᾶται

 τὰ ἄλλα-

τὰ εὐλαβῆ, καὶ τὰ τῆς τάξεως καταλέλυται, καὶ πάντα γίνεται φύρδην. καὶ γὰρ ἡ ἀταξία τῇ ὑπερηφανίᾳ συζεύγνυται ἀπ' ἀρχῆς, καὶ σὺν αὐτῇ τῇ φιλοκερδείᾳ καὶ τὰ κοσμικὰ φρονήματα πλέον διὰ τὰ ἑκάστου πάθη τῶν τῶν ἁγίων κρατεῖ. καὶ πολλοὶ ἐν τούτοις ἀφιλοσόφως φιλοσοφοῦσιν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀλόγως. Quod etiam in Monasteriis accuratius observatur, & præpositos quidem, & sacris ordinibus condecoratos intra templum canunt, idiotas verò Monachos, sive Laicos, in Narthece. id etiam nostro hoc ævo in aliquibus sacris Monasteriis usurpari vidimus. verumtamen nunc omnia, quæ pietatem redolent, neglecta, & quæ ordinem præ se ferunt, dissoluta sunt, omniaque non sine confusione peraguntur. Perversitas namque cum jactantia conjungitur, & una cum ipso pecuniarum amore seculares cogitationes, ob cujuscumque affectus inordinatos, adversus sanctorum statuta potiores sunt: multique in his temere, indocteque, sive ut acrius dicam, sine ulla ratione philosophantur. In eo etiam Supplicationes omnes & Rogationes fiebant. Typicum passim. Causam tradit Simeon Thessalonicensis ibidem: *καὶ εὐθὺς ἐκτελεῖται τὰ τῆς λιτῆς. αὕτη γὰρ ἔξωθεν ἐν τῷ νάρθηκι, κατά τε σάββατον γίνεται, καὶ ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν καιρῷ γὰρ πληγῆς τινος ἐπελθούσης, ἢ περιστάσεως, πλειόνων ἀθροισθέντων διὰ μέσου τῆς πόλεως, ἢ καὶ ἔξωθεν αὐτῆς, ἢ περὶ τὰ τείχη. λιτανεία δέ ἐστι προσκλησις πρὸς θεὸν, καὶ ἱκεσία κοινὴ, καὶ δι' ὀργὴν ἐπιφερομένην, καὶ χάριν εὐχαριστείας ὑπὲρ ἀγαθῶν δωρηθέντων. τὸ οὖν ἔξωθεν ἡμᾶς τοῦ ναοῦ γίνεσθαι τὴν ἔκπτωσιν τοῦ παραδείσου δηλοῖ, καὶ τὸ κλεισθῆναι αὐτὸν ἡμῖν, καὶ τὸν οὐρανόν.* Et: *τότε μὲν οὖν ἐν τῷ νάρθηκι ποιούμεθα τὰς λιτὰς, ὅτι κάτω καὶ εἰς τὴν ἡμῶν ἐσχατιὰν ἐλήλυθεν ὁ σωτὴρ, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν ἱλεώμεθα, καὶ ὡς πρὸ τῶν οὐρανίων πυλῶν τῶν τοῦ ἱεροῦ ναοῦ ἑστῶτες καθικετεύομεν. οὐ γὰρ ἄξιοι ἀτενίσαι εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, εἰ μὴ ἐπανελθόντες βοήσωμεν, ἡμάρτομεν. ὅτε καὶ αὐτὸς ἐξελθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ προαπαντήσας εὐσπλάγχνως ἐπαγκαλίζεται. Statimque supplicationes peraguntur, quæ foras in Narthece, Sabbato, aliisque diebus festivis, & cum plaga quædam advenerit, aut aliud adversum, multis simul congregatis, per mediam urbem, sive extra eam, vel circum muros, absolvitur. Litania autem est deprecatio ad Deum, & communis supplicatio, propter iram imminentem, aut gratias agendas de collatis beneficiis. Egredi itaque extra templum, casum à Paradiso significat, eumque nobis esse clausum, quemadmodum & cœlum.* Et: *Tunc itaque in Narthece supplicationes peragimus, quod infra, & ad nostram extremitatem, descendit Salvator, ut in eo quoque eum propitium reddamus, &, veluti*

ante portas cœlestes, in portis ſacri templi ſtantes, exoremus: neque enim digni ſumus ad ſublimitatem cœli oculos dirigere, niſi reverſi clamemus, Peccavimus. tum cum & ipſe exiens, ad noſque perveniens, maxima cum commiſeratione amplectatur. Ibi etiam ſtabant Pœnitentes. Theorianus in Legatione Armeniorum: ὁρᾷς ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παραπεσόντας πλώματι τρία μόνα ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται ὁ κανὼν, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν. *Vides, eos, qui in tale delictum prolapſi ſunt, ut tres tantum annos Auſcultantium munus obire Canon præcipiat, extra nempe eccleſiam ſtare in Narthece, & ſacras auſcultare ſcripturas.* Theorianus extra eccleſiam ponit Narthecem; non, quod extra eccleſiam ſit locus ſeparatus, ita dictus, ſed quod ab eccleſia, proprie dicta, in qua ſacerdotes locum habent, ſeparetur. Ἀκροώμενοι erant, qui ſtantes, divinas ſcripturas audiebant, uſque ad lectionem ſancti Euangelii. Scholiaſtes Græcus in Harmenopuli Epit. Can. ſect. v, tit. III: οἱ ἀκροώμενοι ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. Item: ἀκροώμενος, ἤγουν ἔξω ἱστάμενος ἐν τῷ νάρθηκι, *Auditores extra eccleſiam ſtabant uſque ad lectionem ſancti Euangelii.* Et, *Audiens, hoc eſt, ſtans foras in Narthece.* Auctor Turco-Græciæ, ex Theodoſio: Νάρθηξ τὸ ἔξω τοῦ ναοῦ δρομικὸν δίκην νάρθηκος. οὕτω ναρθηκοφόρος ὁ ῥάβδον φέρων ἐκ νάρθηκος. πᾶν δρομικὸν νάρθηξ λέγεται. Et ridiculum eſt, quod Sambucus dicebat, Narthecibus columnas ſignificari. Narthex vero extra eccleſiam forte antiquis temporibus an fuerit, non diſputo. Vel potuit etiam extra eccleſiam dici, quia à loco, qui vere eccleſia eſt, & eccleſia nuncupatur, diverſus. Quare de noſtri temporis Narthece, Gabriel Corinthius appoſite dixit: νάρθηξ λέγεται, ὅπου αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἵστανται. *Narthex dicitur, ubi mulieres in eccleſia ſtant.* ἐν τῷ ἱερῷ, quod ſub eccleſiæ etiam nomine intelligitur; quamvis vere eccleſia non ſit, contiguus tamen eccleſiæ, nec ab eo ſejunctus. alias, quomodo, qui extra eccleſiam erant, ſcripturas, quæ intra eccleſiam prope Bema legebantur, auſcultare potuiſſent? Hic προνάου etiam nomine, Protempli, nempe ante templum locus, à nonnullis inſignitur, cum proprie templum non ſit. Codinus cap. xv: κατέχειν τὸ ὀρθὸν μέχρι τῆς ἀπολύσεως ἐκτὸς τῶν ὡραίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν τῷ προνάῳ. *Erectumque tenere extra ſpecioſas, quas dicunt, portas, hoc eſt, in Protemplo.* Ergo locus extra Portas ſpecioſas Templum proprie

non

non dicebatur, sed Protemplum, & extra circuitum vel ambitum templi, ante tamen templum : hinc & πρόναος vocabatur. Nicephorus Blemmydes, in vita sancti Pauli Latrensis, elegātissima metaphora χρῶτα Templi appellavit. ἐθάπτετο μὲν οὖν τὸ πολύαθλον ἐκεῖνο σῶμα καὶ νικηφόρον ἐν χρῷ τοῦ ναοῦ. νάρθηκα τὸν τόπον καλεῖν εἰώθαμεν. *Sepeliebatur itaque multis certaminibus ac victoriis spectabile corpus in cute templi. Narthecem locum nominare suevimus.* Quemadmodum enim cutis carni vivæ inhæret, caro tamen non est, sic & Narthex Templo adhæret, attamen Templum non est. Propinquitatem etiam innuit Thucydides, cum dixit, ἐν χρῷ παραπλέοντες. Nec aliam ob causam τοὺς πυλῶνας τοῦ νάρθηκος πύλας ναοῦ vocavit Theodorus Studita in Carminibus εἰς τοὺς πυλῶνας τοῦ νάρθηκος.

Πύλας διέρχῃ τοῦ ναοῦ τῆς ἐνθάδε
ἴσθι προσοικίζων πνεῦμα συντετριμμένον,
καὶ τοῦτο θῦμα δεκτόν ἐστι κυρίῳ.

Ergo Narthex, qui idem erat, ut diximus, extra ecclesiam, vel ante ecclesiam, modo tamen, quo diximus, situs erat. Hinc manifestum fit, quantum ii fallantur, qui Narthecem ecclesiæ porticum fuisse contendunt, in qua consistebant, quibus audire tantum permittebatur, qui Pœnitentes ordinis secundi erant; quales fuisse χειμαζομένους, ex Balsamone videntur colligere.

VI. Is, ut jam dictum est, tribus portis cum templo communicabat, media ingenti, & magna, & pulcherrime adornata, aliis ex utraque parte, sed pusillis, & nullius, si mediam respicias, considerationis. Media vocabatur ὡραία πύλη, *Porta speciosa.* Nugas Iunii de harum Portarum etymo prudenter satis excussit Gretserus non uno loco. Codinus cap. XVIII : οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέν τοι, οὗπερ ἀνῆλθε, ἤγουν τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὴν σωλέαν, καὶ τὸ ἅγιον βῆμα. *Non ea parte qua ascendit, eâ scilicet quæ ad speciosas portas respicit, sed ex altera, quæ ad soleam, & sanctum tabernaculum.* Ergo ναὸς, *Templum,* in quo tunc stabat Imperator, medius est inter speciosas Portas & Portas Tabernaculi. Speciosæ portæ vocantur etiam βασιλικαὶ πύλαι. Typicum: καὶ προπορευομένων δύο λαμπάδων φέρει αὐτὸν [τὸν σταυρὸν] μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ. *Et præeuntibus duobus cereis accensis, portat ipsam, crucem scilicet, ad portas usque Templi basilicas.* Euchologium : καὶ ἀρξάμενοι τῆς θείας λειτουργίας ἵσταται

ὑπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἄζωστος, ἀνυπόδετος, καὶ ἀσκεπής. *Et cum cœperint sacram Missam, stat in portis Basilicis discinctus, discalceatus, & nudato capite.* Euchologium M. S. φέρουσι τὸν καρέντα ἀδελφὸν μέσον τῆς βασιλικῆς πύλης, καὶ ἱστῶσιν αὐτὸν ἐκεῖ. *Convehunt detonsum fratrem in medio Portæ Basilicæ, ibique eum sistunt.* Et alibi sæpius. Nec alias à speciosis esse, diversasque ab iis quæ Bematis sunt, habetur ex eodem Typico. ἐξελθὼν δὲ εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κἀνταῦθα τοὺς ἀδελφοὺς κατὰ τάξιν, ὑποστρέφει, καὶ εἰσελθὼν ἔσω τῆς βασιλικῆς πύλης χαράττει μετὰ τοῦ θυμιατοῦ σταυρὸν, καὶ ἐκφωνεῖ μεγαλοφώνως τὸ, κύριε εὐλόγησον. καὶ θυμιᾷ αὖθις τὸν προεστῶτα, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, εἶτα τὸ ἅγιον, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα ἵσταται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης. *Egressus in Narthecem, ibiq; secundũ ordinem Fratribus incensatis, regreditur, & introiens intra portam Basilicam, cum thuribulo crucẽ exprimit, & elata voce dicit, Benedic Domine; rursusque Præsidentem incensat, vel locum illius, posteà Sanctum, & ingressus in sacrũ Tabernaculum, stat ante sacrã mensam.* Et clarius Marcus Hieromonachus, de Dubiis Typicis, cap. XLVI: καὶ θυμιᾷ τὸν ἕτερον, ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ κατερχόμενος μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ποιῶν καὶ ἐν αὐτῷ ὥσπερ καὶ εἰς τὸν ἕτερον. εἶθ' οὕτως ἐξέρχεται διὰ τοῦ βορείου πυλῶνος, θυμιῶν κἀκεῖσε πάντας, καθὼς καὶ ἐν τῷ ναῷ, πληρώσας δὲ τὸ θυμιᾷν, καὶ μέλλων εἰσιέναι ἐν τῷ ναῷ χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν. ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν ὀμφαλὸν, ἤγουν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ. καὶ εἰς τὰ ἄλλα θυρία ὁμοίως. προθυμιῶν πάλιν τὸν ἡγούμενον ἐν τῷ εἰσιέναι, καὶ οὕτως εἰσέρχεται διὰ τῆς προθέσεως, ποιῶν πάλιν σταυρὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ. *Et incensat alium, sumpto initio à sanctis portis, & perveniens usque ad basilicas portas, id ipsum, quod & in alio, efficiens. Tum postea exit per borealem januam, incensans ibidem omnes; quemadmodum & in templo. cum incensandi finem fecerit, ingressurus in Templum, ante portas basilicas crucem designat: similiter & in umbilico, hoc est medio Templi; & ad alias portulas similiter: rursus Præsidentem incensans, dum ingressurus est, & sic per Prothesin introit, faciens de novo crucem in sacra mensa.* Vides hîc, diversas esse portas sanctas à basilicis, (per basilicas *introit* in templum, per sanctas in Bema,) alios esse qui ultra basilicas, & alios qui citra: quæ, aliæ omnino non fuerint, quam speciosæ. Portam hanc etiam Angelicam vocatam, non incongrue dici poterit ex Theodoro, Petreorum Episcopo, in vita S. Theodosii Archimandritæ: διὰ τῆς ἀγγελικῆς οὕτω λεγομένης πύλης εἰσελθοῦσα, καὶ

πλησίον

πλησίον τοῦ ἱεροῦ τῶν πατέρων γενομένη χοροῦ. *Per Angelicam, quam dicunt, portam ingressa, & prope sanctum Patrum coetum facta.* Quæ sane Bematis esse non potuit, cum per eam mulieribus ingressus in Bema denegetur. Porta speciosa velo obseratur, quod semper, ex una parte revolutum, aditum introëuntibus exhibet; extensum tamen fores occupat, cum in Vesperis Troparia in Lite, vel Litaniis, intra Narthecem concinuntur: ea siquidem, quemadmodum & mediæ noctis officium, quod μεσονύκτιον appellant, & Horas, tertiam, sextam, & nonam, nam primam post Matutinum in choro recitant, nec non ἀπόδειπνον, quod post cœnam, & Completorium est, expanso velo, clausaque janua recitant, adstantibus tantum Monasterii Rectore, sive vices illius obtinente, cum reliquo dictorum Monachorum cœtu, sacerdotibus in templo ad propria subsellia residentibus: absolutoque Completorio, egrediuntur omnes. At Lite & Mesonyctio perfectis, cum reliqua ex officiis adnectenda sunt, revoluto velo Rector & Sacerdos per speciosam portam, reliqui, si qui sunt, per minores portas templum ipsum introeunt. Horis porro absolutis, & retracto velo hujusce portæ, & alio Bematis, Sacerdos, in ipso aditu Bematis stans, finem officii facit.

VII. Et hoc proprie Templum est; & Chorus etiam nonnullis appellatur. Vt plurimum forma rotunda in fornicem sustollitur: subsellia circumcirca, ex nuceis, vel pineis, vel aliis vilioribus tabulis, muro adfiguntur, in quibus sacerdotes, vel sedentes quiescunt, vel stantes, accumbendo, laborem levius ferunt, eo ordine, ut digniores spectabilioresque dignius occupent sedile: idque est, quod portæ speciosæ proximius est à dextra introëuntibus. Sedilia ista, seu accubitoria, vocantur, communiori quidem vocabulo, τόποι. Typicum: καθέζονται εἰς τοὺς ἑαυτῶν τόπους. *Sedent in propriis locis.* & magis apto vocabulo στασίδια. Idem Typicum: ἀπερχόμενος ἵσταται εἰς τὸ στασίδιον αὐτοῦ. ἀπέρχεται ἐν τῷ στασιδίῳ αὐτοῦ. καὶ ἀπερχόμενοι εἰς τὰ ἑαυτῶν στασίδια.

VIII. Medium templi, ὀμφαλὸς, *Vmbilicus*, dicitur. Marcus de Dubiis Typicis, ca. XVI: χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν ὀμφαλὸν, ἤγουν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, καὶ εἰς τὰ ἄλλα θυρία ὁμοίως. *Facit crucem ante portas basilicas; similiter & in umbilico, hoc est, medio templi, & in alias portulas similiter.* Sic ὀμφαλὸς γῆς, apud Euripidem, Delphi, quod in medio orbis existi-

existimarentur siti: & apud Homerum, ὀμφαλὸς θαλάσσης, τὸ μεσαίτατον: & apud Pindarum etiam, si rectè memini, τὰ μεσόμφαλα γᾶς. Alii magis proprio vocabulo μεσόναον dixerunt. Balsamon in LXXIV. Can. Trullan. τινὲς οὖν, ὡς ἔοικεν ὑποστελλόμενοι κλινίδια ἐν τῷ μεσονάῳ εἰσῆγον, ἢ καὶ διὰ θρύψιν πλείονα ἐποίουν. *Nonnulli ergo lectulos in medium templi submittentes, hujusmodi toros, seu strata, vel ad majores delicias faciebant.*

IX. Finito choro, qui concameratione sua, veluti area, circumcluditur, fornix alius longior, quam latior, extenditur, quem tabulatum intersecat. à choro ad tabulatum ipsum, utraque ex parte, Cantores aliique, qui recitandis aut concinendis officiis inserviunt, locum habent; & à nonnullis Diaconicum, nescio an recte, dicitur. Tabulatum duabus portis, aliquando tribus, aditum præbet. Media est pulchrior, amplior, & structuræ decore speciosior; aliæ, ex utraque parte minus conspicuæ, velo obserantur, nec, nisi manibus sublato velo, introëuntibus patent. Media ita divisa est, ut pars inferior duobus cancellis, seu portulis, quæ sese in medium complectuntur, nec hominis mensuram excedunt, constipetur. Superior velo obtegitur, & ut plurimum, dum officia recitantur, & res divina peragitur, revoluto velo adaperta conspicitur, cancellis semper obseratis, qui tantummodo exeunti vel introeunti Sacerdoti, vel Diacono, cum id res ecclesiastica postulat, reserantur. Quando autem id fiat, ex Græcorum libris manifestum erit; &, ex Canone XIV Laodiceno, non nisi Sacerdotibus ad communionem in illud ingressus conceditur. καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι, alii legunt, ἐξεῖναι, τοῖς ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κοινωνεῖν. *Et solis Sacerdotibus licere ad altare ingredi, & communicare.* Alexius Aristenus: καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι καὶ μεταλαμβάνειν ἐντὸς τοῦ βήματος μόνους τοὺς ἱερατικούς. *Et sic sacram oblationem perfici, & intra sanctuarium solos in sacris consistentes communicare.* Zonaras: κοινωνεῖν δὲ ταύτης ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου μόνοις τοῖς ἱερατικοῖς ἐξεῖναι λέγει ὁ κανών. *Cujus quidem percipiendæ causa, altaris septa ingredi, sacro tantum ordine initiatis hominibus concessum esse affirmat Canon.* Balsamon: σημείωσαι δὲ, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος μόνοις τοῖς ἱερωμένοις ἐφεῖται ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου κοινωνεῖν. *Nota autem, quod, ex præsenti Canone, solis sacratis permittitur ad altare communicare.* Prohibetur itē in Synodo Trullana, Can. LXIV, ne Laici, uno

uno excepto Imperatore, quando voluerit Creatori dona offerre, in altare ingrediantur. In quem Canonem Ariſtenus: εἰ μὴ βασιλεὺς, οὐδεὶς τῶν λαϊκῶν εἰς ἱλαστήριον εἴσεισιν. Ἑρμηνεία. τοῖς κοσμικοῖς τὸ ἱλαστήριον ἄβατον, βασιλεὺς δὲ οὐ κεκώλυται εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτῷ ἡνίκα ἂν βουληθείη, καὶ προσάγειν δῶρα θεῷ. *Excepto Imperatore, nullus ex Laicis in ſanctuarium ingreditur. Expoſitio. Laicis ſanctuarium impenetrabile eſt; Imperatori verò conceſſum eſt in illud ingredi, cum placuerit, & dona Deo offerre.* Balſamon: ἀπαγορεύει ὁ κανὼν εἰσιέναι τοὺς λαϊκοὺς ἔνδον τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ὡς ὄντος τούτου ἀφωρισμένου μόνοις τοῖς ἱερωμένοις. τῷ βασιλεῖ δὲ καὶ λαϊκῷ ὄντι ἐνεδόθη, φησὶ, τοῦτο, ἡνίκα προσάξαι δῶρα τῷ θεῷ αἱρεθήσεται, κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν. *Prohibet præſens Canon, ne Laici ad altare ingrediantur, ut quod ſit præfinitum iis ſolis, qui ſunt ſacris initiati. Id autem, inquit, Imperatori ſoli, licet ſit Laicus, conceſſum eſt, quando munera Deo offerre voluerit, ex antiqua quadam conſuetudine.* Zonaras: τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται. διὸ καὶ ὁ κανὼν τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύει τὴν πρὸς αὐτὸ εἴσοδον. τῷ δὲ βασιλεῖ μόνῳ παραχωρεῖ τῆς εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσόδου, ὅτε προσάγει δῶρα τῷ θεῷ. *Sacrificandi locus initiatis hominibus ſeorſim deſtinatus eſt. Proinde Laicos ab illius ingreſſu arceri Canon jubet; ſed ita ut Imperatori tamen, cum ſacra munera Deo oblaturus acceſſerit, ſacra adyta intrandi ſoli ſit facultas.* Multoq; magis mulieres, ex Synodi Laodicenæ Can. XLIV, ab eo arcentur. ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι. *Quod non oportet mulieres ad altare ingredi.* In quem Canonem Ariſtenus: οὐ μόναις γυναιξὶν, ἀλλ' οὐδὲ κοσμικοῖς ἀνδράσιν εἰς τὸ θυσιαστήριον ἔξεστιν εἰσελθεῖν. *Non mulieribus tantum, ſed & Laicis hominibus, non licet in Sanctuarium ingredi.* Zonaras: εἰ λαϊκοῖς ἀνδράσιν ἀπηγόρευται ἔνδον εἰσιέναι θυσιαστηρίου, κατὰ τὸν οθ' κανόνα τῆς ἕκτης συνόδου, πολλῷ μᾶλλον ἂν εἴη γυναιξὶν ἀπηγορευμένον, αἷς καὶ ἡ τῶν ἐμμήνων αἱμάτων ῥύσις ἀπροαιρέτως συμβαίνει. *Si Laici viri quoque altaris ſepta ingredi, ſextæ Synodi nono & ſeptuageſimo Canone, vetantur; fœminas multo magis, quæ menſtrui ſanguinis fluxu vel invitæ pollui ſolent, ſacri loci aditu prohiberi putandum eſt.* Balſamon: ὁ μὲν παρὼν κανὼν κωλύει τὰς γυναῖκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι. ὁ δὲ ξθ' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἀπαγορεύει τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου εἰσέλθωσιν. εἰς μέν τοι τὰ μέρη τῶν Λατίνων ἀνερυθριάστως αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις, ὅτε βούλονται, εἰσέρχονται. *Præſens quidem Canon prohibet mulieres ad altare ingredi; ſexageſimus autem nonus Canon Synodi*

odi

nodi in Trullo prohibet Laicis, ne ad altare ingrediantur. In Latinorum autem regionibus mulieres ſine pudore ad altaria, quando volunt, ingrediuntur. Quod autem poſtremo Balſamon in Latinos oblatrat, id ex rerum ignorantia Latinarum, & in Latinos perverſo odio fit. Eſto enim, apud Latinos mulieres Bemata ingrediantur; quid inde mali eſt? An non, eodem ipſo Balſamone aſſerente, mulieres antiquitus in Bemata ingrediebantur? in Can. 11 Dionyſii Alexandrini: *ὡς ἔοικε ἢ τὸ παλαιὸν εἰσήρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον. Olim, ut videtur, mulieres ad altare accedebant, & è ſancta menſa participabant.* Verumtamen, quomodo, apud Latinos, mulieres in Bemata ingrediuntur, apud quos nulla Bemata ſunt? Scribit tamen, ſe neſcire, quomodo in divinum Adytum inclyti Templi D. N. Ieſu Chriſti, quod eſt in Chalce, quicunque vult, citra ullum impedimentum ingrediatur.

X. Et de hac Imperatoris prærogativa, multa ſibi ex ingenio Zonaras Balſamoque comminiſcuntur. Zonaras aſſerit, qua Laicus eſt, ad ſacrum altare ingredi non licere Imperatori, ſed propter eam, qua præditus eſt, ſupremæ poteſtatis amplitudinem, id ei, pervetuſto antiquorum Patrum exemplo, conceſſum fuiſſe; ideoque Canonem Imperatoriæ poteſtatis ſupremæque auctoritatis mentionem injeciſſe. Balſamon dicit, quia Imperatores per ſanctæ Trinitatis invocationem Patriarchas promoveant, unctique Domini ſint, non tantum quando ſunt Deo munera oblaturi, ſed quandocunque voluerint, ſine ullo impedimento in ſacra templi adyta ingredi, & ſuffire, & cum triplici cereo ſignare, quemadmodum & Pontificibus, eis licere. Non nemo id ad adulationem Græcam retulit: res tamen ita ſe habuit. Cum, ita crebreſcente aulicorū aſſentatione, omnia ſibi, ob dignitatis excellentiam, licere Imperatores opinarentur, inverſo rerum eccleſiaſticarum ordine, in adyta quoque pro libidine ingrediebantur, &, cum ſacra peragebantur, ſedebant. Ambroſius inſolentiam moderatus eſt, & locum Imperatoribus ante cancellos Bematis aſſignavit: ut ſic propter imperii majeſtatem Imperator, cum primus ordine ſederet, populum; Sacerdotes, qui in ſacris penetralibus locum habebant, Imperatorem, antecederent: idque approbatum à Theodoſio, & corroboratum à ſucceſſoribus, ad ſua, Theodoſii nempe junioris,

B tem-

tempora, conservatum tradit Sozomenus histor. eccles. l. VII, cap. XXIV. ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσιν ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐκκλησιάζειν καὶ ἐξοχὴν τῶν ὁρίων τοῦ λαοῦ κεχωρισμένους. κολακείας δὲ, ἢ ἀταξίας εἶναι τοῦτο συνιδὼν τόπον εἶναι βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέταχε τὴν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου. ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὴν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι. ταύτην δὲ τὴν ἀρίστην παράδοσιν ἐπήνεσε Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἐκράτυναν, καὶ ἐξ ἐκείνου νῦν φυλαττομένην ὁρῶμεν. *Moris erat, ut Imperatores, dum sacris interessent, in sacrario sederent, majestatis ergo à populi consortio separati. Ambrosius autem, considerans, eam consuetudinem, vel ex assentatione, vel ex ordinis inscitia esse natam, Imperatori in ecclesia locum assignavit ante Sacrarii cancellos, ita ut populum Imperator, Imperatorem sacerdotes ordine sedis antecederent. Hanc autem optimam constitutionem Theodosius Imperator approbavit, & successores ejus corroboraverunt, ac nos eam ex eo usque tempore conservatam cernimus.* Nicephorus quoque Callistus, histor. eccles. lib. XII, cap. XLI, sententiam Sozomeni, clarioribus etiam verbis, retulit. ὡς δὲ καὶ καιρὸς ἐνέστη, καθ' ὃν ἐχρῆν, ὥσπερ ἦν ἔθος τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, σὺν δάκρυσ ἐκεῖθεν ἀνεγερθεὶς τῶν θείων ἀνακτόρων ἐπέβη· καὶ τὰ εἰωθότα δῶρα προσενεγκὼν ἔνδον τῶν ἱερῶν κιγκλίδων ἐγένετο, τῷ ἱερατείῳ, ὅπου δὴ ἐκ παλαιοῦ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσιν ἵστασθαι καὶ ἐξοχὴν τοῦ λαοῦ κεχωρισμένους. ὃ κολακείας μᾶλλον ἢ εὐταξίας εἶναι ὑπειληφὼς ὁ Ἀμβρόσιος, καὶ τὴν βασιλικὴν, ὡς χρεὼν ἦν, ἐκεῖσε τόπον ἐρρύθμιζε τὴν πρὸ τῶν δρυφάκτων, ἤτοι τῶν τοῦ ἱερατείου κιγκλίδων. ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὴν προεδρίαν τὴν κρατοῦντα ἔχειν, αὐτοῦ δὲ προκαθῆσθαι τοὺς ἱερέας. ἣν δὴ καὶ τότε μὲν ὡς ἀρίστην ἐπήνεσε Θεοδόσιος, ἐκράτυναν δὲ οἱ καθ' ἑξῆς. ἣ καὶ εἰς δεῦρο ἐξ ἐκείνου φυλάσσεται. ἐγὼ δὲ καὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους εἶδον τοὺς καθ' ἡμᾶς θεοφιλῶς κρατοῦντας κατὰ τὸ τοῦ μεγάλου Σαββάτου καιρὸν τῷ μεγίστῳ δόμῳ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας ἔνδον τῶν ἀδύτων εἰσιόντας, καὶ σταυροειδῶς τὴν θείαν τράπεζαν ἀρώμασι θυμιῶντας καινοῖς, καὶ δῶρα ταύτῃ προσάγοντας. *Postquam vero tempus advenit, quum eum, more recepto, munus ad sacram mensam afferre oporteret, lacrimans surrexit, & divinum Sacrarium ingressus est, &, dono ex consuetudine oblato, intra sacros cancellos permansit, in sanctiore sacerdotum loco, ubi antiquitus Imperatores consistere mos erat, propter dignitatis sublimitatem à plebe segregatos. Quam rem, quod Ambrosius adulationis magis quam ordinis recti esse putabat, Imperialis quoque stationis locum, ita ut par erat, in ordinem suum redegit, pro tabulatis, seu cancellis*

cellis sacrarii, sede illi designata; ut Imperator honoratiorem quidem prae populo stationem haberet, prae illo autem Sacerdotes locum sublimiorem obtinerent. Eum ordinem, ut optimum, Theodosius tum laudavit, posteri quoque confirmarunt; qui inde ad haec usque tempora servatur. Ego vero, semel annuo tempore nostrae aetatis, Dei amantissimos Principes, magni sabbati die, sacra adyta maximi Dei sapientiae templi ingredi vidi; cum sub crucis forma, in sacra mensa, nova adolerent aromata, & dona ei inferrent. Subditque infra, eundem Theodosium præscripta sibi ab Ambrosio diligenter servasse. Cum enim Byzantii, die festo, divinam ingressus ædem, dona mensæ mysticæ intulisset, statim retrocedens exiit; Nectario factum ægre ferente, & causam inquirente, respondit, se, quod inter Imperatorem & sacrorum Antistitem discrimen sit, agnoscere, & vix tandem veritatis doctorem, & dignum episcopali dignitate Ambrosium invenisse. Nec tacuit Theodosius Iunior, in Actis Concilii Ephesini. *Nos*, inquit, *qui legitimi Imperii armis semper circundamur, quosque sine armatis & stipatoribus esse non convenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema, regiae majestatis insigne, deponimus, & sacra altaria, munerum tantum offerendorum causa, accedimus: quibus quoque oblatis, ad extimum communeque atrium mox nos recipimus.* An ergo adulatio Græca fœdo abortu Canonem Trullanum peperit, qui tot ante annos, ita probantibus Patribus, in ea Ecclesia pedem fixerat? Ab ipsis Imperatorum Christianorum incunabulis, ut Deo sua munera offerrent Imperatores, intra adyta pedem movebant, exsolutisque muneribus, in atria extima se recipiebant, sacratiora illa penetralia sacerdotibus sacratisque hominibus relinquentes. Episcopus tamen, vel sublimioris muneris Sacerdos, per hanc ingreditur; vocaturque ἅγιαι θύραι, *sanctae Portae.* quæ licet plurali numero efferatur, una tamen est, quemadmodum & portæ speciosæ ut diximus; idque vel ad magnificentiam, vel etiam ad venerationem augendam, vel ad innuendos cancellos illos, qui plures sunt, more etiam non insueto Latinis: ideoque sæpius, in Euchologio, & alibi, ἅγια θυρία, quasi diceres, *sanctae portulae*, nuncupantur. ὁ δὲ ἱερεὺς κλείσας τὰ ἅγια θυρία. Et: ὅτε θυμιᾷ πρῶτον ὁ ἱερεὺς, ὅτε τὰ ἅγια θυρία ἀνοίγονται. Et Codinus cap. XVIII. μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὴν σωλέαν εὑρίσκει τὸν πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θυρία. *Solus Imperator, transito so-*

leâ, reperit Patriarcham, in portulis ſanctis ſtantem. Nicephorus Calliſtus κιγκλίδας vocavit: & Cantacuzenus: αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τὴν σωλέα, τὸν πατριάρχην ἐπὶ τῶν ἱερῶν κιγκλίσιν ἑστηκότα εὗρίσκε. Sozomenus, hiſtor. Eccleſ. lib. VII, cap. XXIV. δρύφακτα, non ineleganti vocabulo. Cyrillus Scythopolitanus, in vita ſancti Euthymii, κάγκελον. τῆς τοίνυν ἀναφορᾶς ἐπιτελουμένης, Τερέβων ὁ σαρακηνὸς πλησίον ἱστάμενος τοῦ θυσιαστηρίου ἔχων τὰς χεῖρας ἐπεστηριγμένας τῷ καγκέλῳ τοῦ ἱερατείου, θεωρεῖ αἰφνίδιον, ὅτι πῦρ οὐρανόθεν κατελθὸν ἐπάνω ἡπλώθη τοῦ θυσιαστηρίου. Et: καὶ ἀπὸ τότε οὐκέτι προσέθετο [ὁ Τερέβων] ἐπιστηρίζεσθαι τῷ καγκέλῳ τοῦ ἱερατείου, καθ' ἣν εἶχε συνήθειαν, τολμηρῶς, καὶ θρασέως τοῦτο ποιῶν κατὰ τὴν ὥραν τῆς θείας προσκομιδῆς, ἀλλ' ὀπίσω πλησίον τῆς θύρας ἵστατο μετὰ φόβου. *Cum itaque ſancta oblatio conficeretur, Terebo Saracenus, proxime ſtans altari, habens manus innixas Cancello Hieratii, intuetur, de repente ignem de cœlo demiſſum, ſuper altare expanſum fuiſſe.* Et: *Ex eo tempore nunquam animum induxit Terebo, Cancello Hieratii, ut antea ſolebat, inniti, audacter id efficiens tempore ſanctæ oblationis; ſed retro, prope januam, cum timore ſtabat.* Et in vita S. Sabæ κάγκελα. καὶ ἔμεινα νυκτὸς καὶ ἡμέρας κλαίων ἐπὶ τῶν καγκέλων τοῦ θυσιαστηρίου. *Et manſi per diem & noctem, plorans, penes cancellos tabernaculi.* Non minus enim hæc ſacra adyta, ac Principum & Magiſtratuum ſecreta, velis, cancellis, & *feneſtratis*, ut cum Caſſiodoro loquar, *jannis*, obvelanda erant, quibus indigni ab aditu arcerentur. Appoſite itaque Euchologium: ἰστέον ὅτι τὰ ἅγια θύρια οὐδέποτε ἀνοίγονται εἰ μὴ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, ὅτε θυμιᾷ μόνον ὁ ἱερεὺς, εἰς τὰς εἰσόδους πάσας ἤγουν τοῦ ἑσπερινῶν, καὶ τῆς λειτουργίας τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. ὡσαύτως ἀνοίγεται, καὶ ἀπὸ τοῦ, προσέλθετε, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας. *Sciendum eſt, ſacras portulas nunquam aperiri, niſi in principio magni Veſperi, cum incenſat ſolum ſacerdos, in introitibus omnibus; ſive illi in Veſperis, ſive in Miſſa, ſive cum ſancto Euangelio fiant. Pari modo aperiuntur ab eo tempore, quo dixerit ſacerdos; Accedite, uſque ad divinæ Miſſæ complementum.* Et Marcus Hieromonachus, in Dubiis Typicis, cap. XLVI: τὰ γὰρ ἅλλα θύρια οὐδέποτε ἀνοίγονται ἄνευ δηλονότι τῆς εἰσόδου, καὶ τοῦ ἀσπασμοῦ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ τῶν θείων μυστηρίων, καὶ τοῦ, πληρωθήτω. *Portulæ reliquæ nunquam aperiuntur, præterquam in ingreſſu, oſculatione Euangelii, ſacris myſteriis, & cum dicitur, Abſolvatur.* Locus ante Portas vocatur πρόθυρα τοῦ βήματος. Codinus cap. XIV: μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου,

ὄρθρυ, τῦ πρωτοπαπᾶ καὶ τῦ ἀρχιδιακόνυ ἱςαμένων ἐν τοῖς προθύροις τῦ βήματος. *Absolutis matutinis laudibus, Protopapa & Archidiacono in vestibulo tabernaculi stantibus.* Velum vocatur βημόθυρον. meminitque Euchologium : ἀνοίξας τὸ βημόθυρον μόνον ἐκφωνεῖ. *Adaperto sanctæ Portæ velo, portulis relictis clausis, alta voce dicit.* Et Manuel Malaxus in Historia Ecclesiastica, inter ea quæ à Ieremia Patriarcha splēdide in templo παμμακαρίςυ perfecta fuere, enumerat. καὶ βημόθυρον μέγα ἐκλεκτὸν πολλῆς τιμῆς, καὶ αἱ πόρται τῦ ἁγίυ βήματος πάγχρυσαι. Vbi Interpres, *Conspicitur sacrarii janua magna, eximia, magni pretii, & fores sacrarii inauratæ totæ;* cum vertendum esset, *& velum Bematis magnum, & eximium,* &c. ne bis easdem portas, non sine ingenti sumptu, fecisse videretur. Minorem portam, quæ borealior est, βόρειον κλίτος, & πλαγίαν, nuncupat Euchologium; ad differentiam alterius, quæ australior est, nec in omnibus ecclesiis habetur.

XI. Locus, Tabulato inclusus, sacer est ac venerandus, & clericis tantum, viris secularibus raro, mulieribus nunquam, penetrabilis. Cantacuzenus in Historiis, & Samonas Gazæus, & alii, *Adyta* vocarunt. Cedrenus in Constantino Porphyrogenneta, ἅγια, *sancta.* τὸν δὲ λοιπὸν υἱὸν αὐτῦ τῦ Ρωμανῦ, Θεοφύλακτον ὁ πατριάρχης ἀπέκειρε κληρικὸν, χειροτονήσας αὐτὸν ὑποδιάκονον, προχειρισάμενος καὶ σύγκελον πρότερον διελθόντα εἰς τὰ ἅγια μετὰ τῦ τάγματος τῶν ὑποδιακόνων. *Reliquum filium illius Theophylactum tonsura clericali insignit, & subdiaconum ordinat, & Syncellum, cum prius in sanctuarium introisset una cum subdiaconorum ordine.* Ignatius Diaconus, & Sceuophylax magnæ ecclesiæ, in vita Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, ἱερὰ ταμιεῖα. καὶ τῇ μὲν λαιᾷ τὰ τῆς ἀσθενείας, ὡς ἔφην, ὑπερεῖδεν, τῇ δεξιᾷ δὲ τῦ θείυ ἐπιλημμένος πυρείυ τὰ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ταμιείων εὐωδίαζε δώματα. φθάσας ὖν εἰς τὸ τῦ μεγίςυ νεὼ περίπυςον κατηχύμενον, ἐν ᾧ πολλάκις παννύχοις ἐλιπάρει τὸ θεῖον ἐντεύξεσι δυοῖν λαμπάδοιν ὑφῆπτε κηρῶν. *Et sinistra quidem manu partes corporis, ægritudine afflictas, sustentabat; dextera vero sacrum thuribulum tenens, ædes sacrorum illorum conclavium odoribus afficiebat. Cum itaque pervenisset ad magni templi celebre Catechumenum, in quo sæpius Numen, precibus per totam noctem continuatis, deprecabatur, duos cereos accendebat.* Balsamo, θεῖον ἄδυτον. Græci communiore vocabulo ἅγιον βῆμα, *sacrum Tabernaculum;* quod & *Sancta sanctorum* dixeris; nec aliud fuerit ab

ἱερατείῳ Euchologii. Post adoratas enim imagines, εἰσέρχονται εἰς τὸ ἱερατεῖον, *ingrediuntur in Sacrarium.* Et: ὁ δὲ ἱερεὺς θυμιᾷ τούτων ψαλλομένων, τό, τε ἱερατεῖον, καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ βορείου κλίτους, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὸν νάρθηκα. *Sacerdos incensat, dum hæc canuntur, Sacrarium, & Templum universum, egrediens è boreali latere, & Fratres, & Narthecem.* Et: τοῦ ἱερέως ἑστῶτος ἐν τῷ ἱερατείῳ παρίστανται οἱ μέλλοντες ζεύγνυσθαι πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν. *Sacerdote stante in sacrario, qui copulandi matrimonio sunt, ante sanctas portas sistuntur.* Nec alius nobis in Ecclesia locus eo nomine designatur. Hinc manifeste fallūtur ii, qui ἱερατεῖον cum choro confundunt: munia siquidem, quæ obeuntur in choro, in Hieratio obiri non possunt, & vice versa: quæ fas est unicuique, cui lumen Christi affulget, in choro perficere, in Hieratio nefas esset si peragerentur: chorus Christianis omnibus patet, Hieration sacerdotibus tantum & clericis: è choro ad Hieration procedunt, & sacerdos, sacra peragens, in Hieratio consistit; quod utique in choro non fit: & plura alia, quæ per se quilibet, res ecclesiasticas Græcorum pertractans, ex eorum libris colligere potest. Vtraque complexus est Proclus, Patriarcha Constantinopolitanus, orat. de sancto Stephano: ἀντὶ τοῦ σπηλαίου τὸ ἱερατικὸν ἀσπαζώμεθα βῆμα. *Pro spelunca sacerdotibus destinatum Bema amplectamur.* Typicum Sabæ, θυσιαστήριον, & ἱλαστήριον, locum vocat, in quo sacrificia offeruntur, & propitiatorium, cap. 1: θυμιάσας δὲ ἱερεὺς σταυροειδῶς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ ὅλον τὸ θυσιαστήριον ἐξέρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ποιήσας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ κατενώπιον τοῦ ἱλαστηρίου ἐπέρχεται, καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου· *Postquam vero Sacerdos ad modum Crucis sacrum altare, & omnem sacrificii locum, incensaverit, egreditur per portas sanctas, factaque cruce cum thuribulo ante propitiatorium, progreditur, & incensat imaginem sancti.* Et cap. v: θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν σταυροειδῶς. ὡσαύτως καὶ τὸ ἱλαστήριον ἅπαν. *Incensat sacrum altare, ad modum crucis, & universum propitiatorium.* Habeto tibi carmina Theodori Studitæ εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον,

Φρικτὸν τὸ βῆμα τοῦτο, καὶ πλῆρες φόβου,
ναὸς θεοῦ φωτεινὸς ἁγνοῖς ἄπλετος.
πρόσελθε θείως, καὶ μεθέξεις ἀξίως.
πῦρ γὰρ τὸ δῶρον τοὺς ἀναξίους φλέγον.

XII. Loci tantus cultus ac veneratio est, ut ab eodem, tanquam à re potissima, sacro ecclesiastico ordini nomen inditũ sit, & οἱ ἀπὸ τοῦ βήματος nil aliud sint, quam ii ipsi, qui, in ordinibus ecclesiasticis promoti, altari inserviunt, in eodem sacrificia peragunt, & rem divinã exequuntur. Gregorius Nazianzenus orat. XIX: σὺν τοῖς ἱερέας, τούς τε ἄλλους, καὶ ὅσοι τοῦ βήματος. *Sacerdotes, tum alios, tum etiam eos, qui à Bemate erant.* Nicetas lib. XI de Alexio Comneno: βασιλεὺς δὲ φάσκων ἀπορεῖν χρημάτων, ταῖς τε χώραις ἐφορολόγει, τὸ καλούμενον εἰσπράττων ἀλαμανικὸν, τότε καινισθὲν πρώτως, καὶ τὸ τῆς πόλεως ἐκκλησιάσας πλήρωμα, τό, τε γερουσιάζον, καὶ ὅσον τοῦ βήματος τρόφιμον. *Imperator vero, inquiens, se destitui pecuniis, vectigalia urbibus imponebat, quod dicebatur Alemanicum, exigens; tunc primum excogitatum; & in unum civitatem universam convocans, tum eos qui Senatoria dignitate pollebant, tum eos qui à Bemate alimenta sibi suppeditabant.* Et de Manuele Comneno, lib. VII: ἐπειδὴ καὶ περιώνυμος ἦν ἐκ τῆς ἀρετῆς, καὶ τοῖς ἅπασι διὰ στόματος ἦσαν οἱ τῶν ἐντρόφων τοῦ βήματος, καὶ τούτων οἱ ἐς νοῦν βάπτοντες ἐν ἀπόρῳ ἐτίθεντο. *Vt ob virtutem ubique gentium celeberrimi quidam Sacerdotes iique prudentes.* Auctor item vitæ Theocleti, Lacedæmoniorum Episcopi: μετακαλεῖται μὲν ὅσον τοῦ βήματος. μετακαλεῖται δὲ καὶ ὅσον τῆς ἱερᾶς κιγκλίδος ἐκτός. *Advocantur vero, quotquot è Bemate; advocantur &, quotquot à sacris cancellis extra erant.* Balsamon in Can. XIX Basilii Magni: τὸ αὐτὸ δὲ ἔσται καὶ εἰς μοναχοὺς, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς τοῦ βήματος. *Idem erit & de Monachis, & de omnibus qui Bemati inserviunt.* Meletius Patriarcha Alexandrinus, epist. ad Chios: πῶς οὖν οὐ βαπτίζουσιν, οὐδὲ χειροτονοῦσιν, οὓς ἂν ἀποστήσωσι τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, ἢ λαϊκοὺς, ἢ τοῦ βήματος; *Quomodo itaque non baptizant, neque ordinant, quos ab Ecclesia Orientali separaverint, sive illi Laici sint, sive sacro ordine præditi?* Et Codinus, de Protopapa sermonem habens: ἔκδικος, καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως. *Defensor, & primas partes obtinens inter collocatos in ordinibus sacris, proximas vero à Pontifice.* quidquid alii aliter dicant. ideoque πρωτοπαπᾶς dicitur, quasi πρῶτος τῶν ἱερέων, *Primus inter Sacerdotes.* Hinc & τάξις βήματος, *sacer ordo* à Gregorio Nazianzeno, orat. in S. Basilium: οὐκ ἀπαξιώσας τὴν τάξιν τοῦ βήματος, *Nec sacerdotii gradum indignum ducens.*

XIII. In Bemate duo Altaria, quandoque etiam tria, ex-

structa ſunt. Vbi tria ſunt, in eo quod ad ſiniſtram eſt exeuntibus, libri, veſtes, & alia utenſilia reponuntur; in nonnullis tamen eccleſiis, muro etiam medio, vel tabulato, à reliqua Bematis parte ſeparatur, & aditu adaperto in eodem muro cum Bemate communicat. in illud ingreſſus à tertia porta auſtrali, quæ in Bematis tabulato eſt, aperitur; tantumque porta illa ſervis, ac miniſtris, ſive locus muro ſeparatus ſit, ſive unus ſolus cum Bemate, patet; per eam enim omnes ſimilis ſortis homines introeuntes, ſuam operam celebrantibus offerunt. Cum muro ſejungitur, nomen illi eſt παράβημα, loculus nempe Bemati adnexus: quemadmodum παρακαύελον dicitur ædicula, Lauræ adjuncta; παραπόρτια, portulæ minores, majoribus vicinæ; παρακλήσιον, vel παρεκκλήσιον, ſacellum majori Templo proximum; & alia. Sedilibus undique adornatur & tabula, ut ſedeant inſervientes, qui communi nomine Diaconi, ſive Diacacia, vel Anagnoſtæ nuncupantur, & res, neceſſarias celebrantibus, menſæ illi ſuperimponunt. Aliis διακονηταὶ dicuntur. οἱ δὲ διακονηταὶ σχολάζουσιν ἐν ταῖς διακονίαις αὐτῶν. *Diaconetæ ſuis miniſteriis incumbunt*. Nicephoro Blemmydæ, in vita S. Pauli Latrenſis, νεωκόροι. In eodem loco carbones, ad altare pro ſuffitu ferendos, accendunt, ſacris lebetibus calefaciendis occupantur, ut more ſolito aqua fervens ſacro calici tempeſtive infundatur; cereis etiam accenſis Euangelium antecedunt, quando lectionis cauſa fertur ad ſuggeſtum, & ſacra munera, cum ab altari minori ad ſacram menſam, quod μεγάλη εἴσοδος *magnus ingreſſus* appellatur, ſolemniter, antequam conſecrentur, deferuntur; & tum demum, postquam conſecrata fuerint, à ſacra menſa ad altare minus, quod πρόθεσις eſt, reportantur, ut, quidquid ex illis reliquum eſt, à Sacerdote, vel Diacono, abſumatur. fruſtula quoque panis, quæ vocant ἀντίδωρον, populo diſtribuenda conſervant: recondunt & vinum, & fercula, quæ raucis Cantorum faucibus, & laxatis aliorum miniſtrorum viribus anteponunt; & id genus alia. Locum hunc, hoc tempore, vocāt Diaconicum, quod miniſtrantium ſit, illicque deſervientes altari immorentur. Ne porro miniſtri, qui ut plurimum juvenes ſunt, ad ludendum prompti, ineptias agant, & luſum excitent, Præfectus illis ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *Præfectus ſacro Conſiſtorio*; in Iure Græco Romano, & juxta Gretſerum, *Præfectus ſacræ ſtationi*; quam recte, ipſi

ipsi viderint; ego verterem, *moderandis moribus*, vel, *dirigendis ritibus sacris*, & *constitutionibus*; ex recentioris linguæ Græcæ proprietate. In ea siquidem κατάστασις non est statio, sed ipsa hominis conditio, ritus, ordo, constitutio, & mores: hinc hominem dicunt ἀκατάστατον, non qui non stat, sed qui improbis insulsisque moribus est. Sic, cum vident aliquem, nulla discretione præditum, quasi admiratione ducti, dicunt, ἴδε κατάστασιν, quod alii σύστασιν. neque aliud nobis innuit, quod apud Cyrillum Scythopolitanum in vita S. Sabæ legitur: ἔχων μεθ' αὐτοῦ δύο περιόντα τῆς τῶν κοινοβιακῶν καταστάσεως φροντίδων. Et infra: ἀναγκάζεται οὖν τὴν ἀκαταστασίαν εἰπεῖν τῶν φρατριασάντων ἑξήκοντα. Et rursum: τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου σφοδρῶς ἀγανακτοῦντος, καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ Παλαιστίνην ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀνατρέψαι, καὶ συγχέειν πειρωμένου. Et: τοῦ τὴν ἕνωσιν, καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν συγχέειν σπουδάζοντος, καὶ ταραχῆς, καὶ ἀκαταστασίας τὰ πάντα πληρώσαντος. Et Hypotyposis Studii: ὑποτύπωσις σὺν θεῷ καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίων. Εὐταξία porro non tantum bonus ordo est, sed mores compositi, probeque constituti; quemadmodum oppositum ἀταξία male morigeratos notat. Propterea, ut juventutis impetus compescerent, & immoderatos juvenum mores frenarent, ac turbis rixisque modum ponerent, τὸν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως in Bemate constituerunt, qui juvenes irrequietos & faciles, sua auctoritate sedatos, ab injuriis, & contentionibus, & indecoris actibus in bonam frugem reducerent. Non placet? Sit ille *rebus sacris dirigendis* præfectus; id namque illi incumbebat, ut ex præscripto, & sanctorum Patrum sancitis, res divina perageretur, caveretque, ne quis extra præscriptos limites pedem efferret.

XIV.. Quod cum ita se habeat, nescio, quanam ratione alii, quam nos vocamus *sacristiam* sive *sacrarium*, Diaconicum esse contendant, esseque locum, in quo ministri sacras vestes ad divina officia peragenda induunt: cum hoc tempore nullum sit apud Græcos sacrarium, ecclesiæ adjunctum, & sacerdotes Græci ac Diaconi in ipso Bemate sacris vestibus induantur; vel, cum solemnitas celebrior est, Episcopus, sive alius, dignitate præfulgens, medio in choro, à reliquis celebrantibus, sacris indumentis adornetur. Et saltem primævæ ecclesiæ ætate diversum fuisse, Laodicenæ Synodi Canon XXI ostendit; qui præcipit, non oportere ministros ὑπηρέτας locum habere in Diaco-

nico, & Dominica vaſa tangere. Quomodo enim ab hoc Diaconico arcet, in quo viliores etiam homines, & qui plane è ſeculo ſunt contemptiſſimi, locum habent ? Quare locum nobis reverentiorem, & ſacratiorem Diaconico hoc ſuo inſinuat. et potiſſimum ſi Hyperetarum nomine, ut expoſitores tradunt, Subdiaconos intelligat, quorum proprium miniſterium eſt, Dominica vaſa contrectandi, &, ubi opus fuerit, deferendi. Ideo, aliud quidpiam Patribus Concilii fuiſſe in mente, exiſtimo, nec aliud, quam quod expoſitores ipſi, Balſamon & Zonaras, tradunt, Diaconicum in eo Canone non locum, ſed miniſterium eſſe, eamque ſententiam Canonis, ne ea, quæ ad Diaconos pertinent, miniſtri inferiores aggrediantur. Balſamon : τούτους κωλύει ὁ κανὼν τὰ τῶν διακόνων μεταχειρίζεσθαι, ἤγουν ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν, τουτέστι τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ χριστοῦ. μηδὲ γὰρ εἴπῃς μὴ ὀφείλειν τούτους ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν, ἤτοι τοῦ ἁγίου ποτηρίου, καὶ τοῦ ἁγίου δίσκου κενῶν ὄντων. αὐτοῖς γὰρ μᾶλλον οἰκεία ἐστὶν ἡ τούτων διακονία, ἡ καὶ μετάθεσις. *Canon eos prohibet, quæ ad Diaconos pertinent, aggredi, ſeu ſacra vaſa tangere, ſcilicet corporis & ſanguinis Chriſti. Neque enim dixeris, non debere eos ſacra vaſa tangere, ſeu ſacrum calicem, & ſacram patinam, cum ſunt inanes. Eorum enim miniſterium, & translatio eis magis convenit.* Zonaras : ὑπηρέτας τοὺς ὑποδιακόνους λέγει, οὓς οὐ χρή, φησιν ὁ κανών, χώραν ἔχειν ἐν τῷ διακονικῷ, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐκκεχώρηται αὐτοῖς ἐνεργεῖν τὰ τῶν διακόνων, καὶ ἅπτεσθαι τοῦ ἄρτου, καὶ τοῦ οἴνου, τῶν εἰς θυσίαν προσφερομένων, οὐ γὰρ ἐφεῖται αὐτοῖς προσκομίζειν. *Miniſtros hic hypodiaconos nominat, quos quidem Canon in Diaconico locum habere negat oportere : quod ita intelligendum eſt, ut Diaconorum munera obire, ac res ſacras, panem ſcilicet & vinum, quæ in ſacrificio offeruntur, aut vaſa, quibus hæc excipiuntur, patellam nempe ſacram & calicem, contingere, cum nec uſquam hæc deferri per eos liceat, nequaquam ipſis conceſſum eſſe demonſtret.* Nec aliud expreſſit Ioannes Citrius illis verbis: οὐδὲ ἐξὸν αὐτῷ ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνου τάξιν τηρεῖν. *Neque ei licet, in Pontificalium ornamentorum miniſteriis, Diaconi ordinem ſervare* ; non poſſe ſcilicet eum Diaconi munus obire, vel officio fungi : de Hieromnemone ſermonem habens. Quemadmodum enim ille, ſi ſit Sacerdos, non poteſt ſe in inferiorem ordinem, dignitatem violando, demittere, ita & Miniſtri, inferiores Diacono, non poſſunt ſe in Diaconi dignitatem, quæ majus quidpiam eſt,

ſuſtol-

ſuſtollere. Quilibet enim debet dignitatem propriam, & decus, ſuſtinere, & penſum datum in proprio ordine conficere. Idque clarius apparet, ſi pro διακονικῷ, διακονείῳ, ut alii codices manuſcripti exprimunt, legamus. Nec obeſt, ſæpe in Martyrum vitis apud veteres ſcriptores legi, eum ſepultum fuiſſe ἐν τῷ διακονικῷ, ut nudius tertius de S. Artemio, in vita ejus, à Ioanne Monacho ſcripta non ineleganter, adnotabam. potuerunt namque in hoc ipſo, quod nos nunc Diaconicum vocamus, ut in loco ſacratiori, corpora Martyrum reponi.

XV. Diaconicum hoc dicitur etiam μεσατώριον. Euchologium: κατέρχεται ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐν τῷ μεσατωρείῳ, ἤγουν διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους τοῦ δεξιοῦ. *Deſcendit ſanctiſſimus Patriarcha in Meſatorium, Diaconicum ſcilicet, & egreditur in ſancta ſanctorum ex parte dextra.* Nec aliud fortaſſe fuerit, quam Theodori Lectoris μιτατώριον, Ecloga II: οἱ ἐπίβουλοι Εὐφημίου τινὶ συνθέμενοι παρεσκεύασαν ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου ξίφος κατ' αὐτοῦ γυμνῶσαι, καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς Εὐφημίου ὁρμῆσαι. ἀλλὰ Παῦλος ὁ ἔκδικος τῆς ἐκκλησίας, μακρὸς ὢν τὴν πληγὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀντὶ Εὐφημίου λαβὼν ἐκινδύνευσεν. *Qui Euphemio inſidiabantur, quendam ſubornarunt, qui nudato gladio coram Mitatorio caput illius peteret: verum Paulus, vindex Eccleſiæ, cum procera ſtatura eſſet, plagam, capiti Euphemii deſtinatam, loco Euphemii excipiens, periclitatus eſt.* Et Cedrenus in Leone, Baſilii filio: διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν βασιλέα. ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. *Atque ob hoc factum Patriacha ei introitu Templi cum interdiceret, per dexteram partem in Mitatorium intrabat.* Et infra: ὅπερ γράψαντες, καὶ σφραγίσαντες ἐν τῷ μιτατωρείῳ ἔρριψαν. τοῦ δὲ βασιλέως δημοσίαν πρόοδον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, κἀν τῷ μιτατωρείῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ ηὔχετο τόπῳ. *Eumque obſignatum in Mitatorio abjecerunt. Imperator publice in magnum templum progreſſus, cum in Mitatorium veniſſet, quo loco precabatur.* Idque corruptum puto; quod ſæpiſſime fieri ſolet in extraneis, & ejuſmodi generis vocabulis; rectumque exiſtimo, μινσατώριον à menſa, quæ ibi ad res reponendas erecta erat, nuncupatum; unde etiam μινσάλια apud Græcos, & ἀντιμίνσια; ſive à μίνσος, quod ferculum notat. Ioannes Epiſcopus Citri, in Reſponſis: ἡ προσηγορία δὲ αὕτη παράγεται ἀπὸ τοῦ μίνζου, τοῦ καθ' Ἰταλίας μὲν τὸ κανοῦν δηλοῦντος.

κατὰ δὲ

κατὰ δὲ τὴν ἰταλικὴν γλῶσσαν τὸ πεπρασματευμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἐδεστόν. *Appellatio autem ipſa deducitur à Minſo, quod ſecundum Græcos ſignificat caniſtrum, ſecundum Italicam linguam venale propinatorum edulium.* μίνζων etiam meminit Codinus. Nil itaque mirum fuerit, ſi à ferculis hiſce ſive etiam aliis eduliis, quæ eo in loco reponebantur, ut ſupra jam expoſuimus, locus dictus fuerit μινσαλώριος, & corrupto poſtmodum vocabulo in μιζατώριον, ſive μεσαλώριον abierit. Quid Mitatorium ſit, ingenue ſe fatetur neſcire Xylander, notis in Cedrenum, num. ccxxxv: *Et fortaſſe*, ait, *fuit fani pars quædam, quaſi profana, & iis etiam acceſſa, qui ſacrorum uſu arcerentur.* Non mirum, apud Hæreticos templi partem profanam cenſeri, quibus totum etiam templum profanum eſt. Nobis Catholicis in eodem loco habentur templum & ſingulæ partes illius; quemadmodum & Græcis; qui de veneratione templorum aliter ac Hæretici ſentiunt. Vt tamen aliquid in re, quam, etiam confeſſione ſua, ignorat, addat: *Nam*, ait, *quid antiquitus in eccleſia fieret, hic nolim diſputare, cum apud leviculos Græcos ſubinde appareat aliquid mutatum.* Quis hic levior eſt, Græcine ipſi, an Xylander? Græci vetuſtiſſimos Patres & Concilia ſecuti, quibus mordicus inhærent, per tot annos Ædes ſacras, reſque in illis omnes inſervientes, venerantur; Xylander, ejurata ſanctiſſimorum Patrum fide, quæ ſanguine Martyrum conſtabilita, & tot diviniſſimorum Doctorum ſententiis firmata, recentioribus, neſcio quibus, è terra natis, fidem adhibens, omnia commiſcet, atque immutat, ideoque & loca ſacroſancta, & partes eorum, quaſi profana, odit, & arcet. Sed quid mirum, de Ædibus ſacris ita inſanire eos, qui ſacrarum Ædium auctorem, de throno majeſtatis ſanctitatiſque dejectum, in profana miniſteria, homines profani, profaniſſimis ſuis linguis, detorquent?

XVI. In Bemate ipſo duo ſunt altaria, alterum minus, & boreale, in quo fit πρόθεσις, quaſi diceres *Præpoſitio*; à ceremonia, quæ in eo peragitur, nomen habens. In eo namque Sacerdos ante Miſſam, & una cum eo Miniſtrantes, omnes res ad ſacrum complendum neceſſarias, ut panem, vinum, & alia, præparant; quibus finitis ſecedunt, & in medio altari, quod eſt majus, & ornatu illuſtrius, & ἁγία τράπεζα, *ſacra menſa* vocatur, tamquam rei agendæ novum principium ſumentes, implorato

divino

divino auxilio, Miſſam incipiunt, & cum opus fuerit, cum cantibus, & cereis accenſis, à Protheſi, præparata jam dona ante Miſſam ſecum deferentes, ex oſtiolo boreali egreſſi, & in medium eccleſiæ gradientes, ſilentibus Cantoribus, populo fauſta deprecantur: poſtmodum Cantoribus interruptum hymnum, qui Cherubicus eſt, reaſſumentibus, reverſi, recta per oſtium magnum ad ſacram menſam reportant, ibique reponentes, ſacrum continuant. Eo finito, quæ reliqua ſunt, in Protheſim denuo referuntur, & à Miniſtris, vel Sacerdote, conſumuntur.

XVII. In hoc eodem ſacrario precioſiſſimum Chriſti corpus pro infirmis, non certo in loco, cum id ex arbitrio Sacerdotum pendeat, in muro tamen, appenditur, & non ſine veneratione conſervatur: quandoque vero, in Eccleſiis puſillis miſelliſque, neque lampade neque alio lumine colitur. Id quomodo præparetur, operæ me facturum pretium opinor, ſi paucis expediam. Quinta magnæ Hebdomadis feria, dum tanti myſterii memoria recolitur, ſacerdos in Protheſi ſolito majorem panis recentis partem, in commemorationem Chriſti, ante omnes alias partes abſcindit, & pro more, ut alias fieri ſolet, cruce ſignatam, punctam, & reliquo venerationis cultu cohoneſtatam, cum cæteris particulis coopertam conſervat, quouſque, ita exigente Miſſæ ordine, ad altare majus convectam, una cum aliis conſecret. Poſtmodum, dum ſacerdos communicat, quartam illius partem abſumit, tres reliquas ſummis digitis in particulas, eaſque minutulas, ſuper patena comminuit: quod aptius commodiuſque ex pane recenti abſolvitur, cum veteraſcens alias panis, humore abſumpto, in pulverem, ut ita dicam, fatiſcat. Particulas ita digeſtas, velo coopertas, veneratus, quod ſupereſt Miſſæ, abſolvit. Particulas illas Græci vocant μεϱίδας. Euchologium: καὶ τίθησι τὴν μεϱίδα ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηϱίῳ. *Et jacit particulam in ſacrum calicem.* Sed communiore vocabulo μαϱγαϱίτας vocant, *Margaritas*. Liturgia Chryſoſtomi: εἰσέϱχεται ὁ ἱεϱεὺς εἰς τὴν πϱόθεσιν, καὶ μεταλαμβάνει τὸ ὑπολειφθὲν ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηϱίῳ πϱοσεχῶς, καὶ εὐλαβῶς, καὶ ἀποπλύνει τὸ ἅγιον ποτήϱιον τϱὶς, καὶ ὁϱᾷ μὴ μείνῃ τὸ λεγόμενον μαϱγαϱίτης. *Ingreditur ſacerdos in Protheſim, & quod in ſacro calice remanſerat, attente & reverenter abſumit, lavatque ſacrum calicem ter, proſpicitque, ne, quod dicitur margarita, remaneat.* Particula nempe illa, quam à Corpore Chriſti ex-

excisam in calicem sacerdos immiserat. Et Germanus in Historia Ecclesiastica: ἡ ἁγία τράπεζα ἐστὶν ἀντὶ τῆς τραπέζης τοῦ χριστοῦ σὺν τοῖς μύσταις. καὶ οἱ ἐν αὐτῇ μαργαρῖται τὰ θεῖα δόγματα τῆς διδασκαλίας τοῦ χριστοῦ πατρὸς πρὸς τοὺς μαθητάς. *Sancta mensa est pro mensa Christi cum Mystis, &, quæ circa sunt Margaritæ, divina dogmata doctrinæ Christi Patris ad discipulos.* Gregorius Nyssenus, epistola ad Letojum: ὥσπερ γὰρ τὸ τοῖς χοίροις ῥίπτειν τὴν μαργαρίτην ἀπείργεται, οὕτως τὸ ἀποστερεῖν τοῦ τιμίου μαργαρίτου τὸν ἤδη ἄνθρωπον διὰ τῆς ἀπαθείας τε, καὶ καθαρότητος γενόμενον τῶν ἀτόπων ἐστίν. *Quemadmodum enim, porcis margaritam projicere, est vetitum, ita & pretiosa margarita privare, qui jam, per alienationem à vitio, & purgationem, homo factus, absurdum est.* Et Balsamon in expositione: ὡς γὰρ οὐ δεῖ, φησι, τοὺς μαργαρίτας ῥίπτειν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. τοῦτο δὴ τὸ εὐαγγελικὸν, μαργαρίτας μὲν καλῶν τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ τὸ τίμιον αἷμα. χοίρους δὲ τοὺς ἐμπαθῶς ζῶντας, καὶ τῷ βορβόρῳ τῶν παθῶν ἐγκυλισμένους. οὕτως ἄτοπον ἀποστερεῖν τῆς μεταλήψεως τῶν τιμίων μαργαριτῶν, τοὺς διὰ μετάνοιαν καθάραντας ἑαυτοὺς τῶν παθῶν, καὶ ἐκ χοίρων εἰς ἀνθρώπους μεταβληθέντας διὰ τῆς καθαρότητος. *Sicut enim non oportere dicit, margaritas ante porcos projicere, ut dicit Euangelium; margaritas vocans sanctum corpus Domini, & pretiosum sanguinem; porcos autem, qui vitiose vitam agunt, & in perturbationum animi cœno involvuntur: ita absurdum est, eos pretiosarum margaritarum communione privare, qui se à vitiis, per pœnitentiam, purgaverunt, & ex porcis in homines, per purgationem, mutati sunt.* Christus enim vere Margarita à Clemente Alexandrino lib. II Pædag. c. XII, Ephræm sermone de Margarita pretiosa, Isidoro Pelusiota lib. I, epist. CLXXXII, & aliis, nuncupatur. Hinc, ad corpus Christi significandum in similibus particulis, Græci aptius vocabulum usurpare non potuerunt.

XVIII. Post meridiem regressus Sacerdos, effusis prius nonnullis precibus, venerabundus Margaritas, è patina diligenter desumptas, in vas ligneum, ubi id vero potuerit, argenteum, vel aureum, ad pyxidis instar elaboratum, imponit. Vas μιξόμηλον vocant; corrupto, puto, vocabulo; cum πυξόμηλον debuissent dicere, Pyxidem nempe, ad formam mali, confectam: cum & vas ipsum πυξίον appelletur. Typicum M. S. Nicolai Casulorum: μετὰ δὲ τὴν μετάληψιν, καὶ οἱ τῆς μέχρι παρασκευῆς ἄρτοι φυλάττονται ἐν πυξίῳ ἀφωρισμένῳ τινί. Et infra: τούτῳ ἐν

πυξίῳ

πυξίῳ τινὶ καθαρῷ ὁ θεῖος κομιζόμενος ἄρτος. Pyxidem antiquitus κιβώριον dictam fuisse, multis placuit. En tibi Carmina Theodori Studitæ, in Ciborium sancti Ioannis Præcursoris.

Θείας τραπέζης συγκαλύπτραν με βλέπων
Χερουβικὴν νόμιζε ταξιαρχίαν.
Χριστὸν γὰρ ἔνδον μυσταγωγεῖσθαι νόει,
Τὸν τῶν ἄνωθε δεσπότην, καὶ τῶν κάτω.

Nunc demum alii Græci ἀρτοφόριον nuncupant. Euchologium, loquens de Pane consecrato, asservandoque pro alia Missa, dum non conficitur: καὶ ἀποτίθησι τοῦτον ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ, εἶτα λαμβάνει καὶ τοὺς ἑτέρους, καὶ ποιεῖ ὡσαύτως εἰς ἕνα ἕκαστον, καὶ συστέλλει αὐτοὺς πάντας ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ. *Et reponit eum in Artophorio; tum accipit & alios, & in unumquemque similiter agit; & accommodat eos omnes in Artophorio.* Et rursum: καὶ λαβὼν τὸν προηγιασμένον ἄρτον ἐκ τοῦ ἀρτοφορίου τίθησιν αὐτόν. *Et assumens præsanctificatum panem ex Artophorio, ponit ipsum.*

XIX. Tum demum patinam, ne quid in ea ex micis illis remaneat, abstergit Musa. μοῦσα est tesserula ex spongia, sed ea densissima, & prælo compressa, ut obstruantur foramina facta. cujus ex una parte brachiolum sericeo ligamine eminet, quo digitis deprehenditur, & in eam operam usurpatur. Illius mentio habetur in Euchologio, Liturgia, & Typico Sabæ cap. XLI. Dicitur etiam simpliciter σπόγγος, *spongia*, in Missa Chrysost: τότε λαβὼν τὸν ἅγιον δίσκον ὁ διάκονος ἐπάνω τοῦ ἁγίου ποτηρίου ἀποσπογγίζει τῷ ἁγίῳ σπόγγῳ πάνυ καλῶς. *Tunc accipiens sanctum discum Diaconus, supra sanctum calicem abstergit sancta spongia valde accurate.* Et quemadmodum σπογγιτοτράπεζο dicitur spongia, qua mensæ absterguntur, ita etiam non inepte spongiam hanc, qua panis colligitur, patinaque detergitur, ἀρτοσπογγίτην diceremus; cujus vocis mentio est in Lexico Stephani. Nec ab alia ratione Græci verbum ἀποσπογγίζω efformarunt. Euchologium: καὶ λαβὼν σπόγγον καινὸν μετὰ ὕδατος ἀποσπογγίζει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Et: ὁ δὲ εἰς τοῦτο τεταγμένος μοναχὸς ἀποσπογγίζει τὸ λείψανον μετὰ χλιαροῦ ὕδατος ἐν σπόγγῳ, ποιῶν πρῶτον μετὰ σπόγγου σταυρὸν ἐν τῷ μετώπῳ. Et rursum: καὶ ἐπειδὴ οὐ δεῖ λούεσθαι γυμνουμένους παρὰ τῶν ἱερέων ἀποσπογγίζουσιν αὐτὸν μετὰ ἐλαίου καθαροῦ. Sic quoque in vita Athanasii Galesii, Patriarchæ Constantinopolitani, ἀποσπογγίσματα leguntur: ἀλλ' ἱστάμενος τὰς τῶν ἀποσπογγισμάτων ψίχας συλλέγων ἤσθιε στερεῶν δίκην

ὁ καρ-

ὁ καρτερόψυχος. Typicum, cap. XLI: ἵσταται ὁ πρεσβύτερος ἔμπροσθεν τοῦ ἁγίου βήματος βαστάζων τὸ ἀποσπόγγισμα τῆς ἁγίας τραπέζης. Et ſimilia.

XX. Apte obſeratum Pyxomelum, pannoque ſerico involutum, aut ſacculo incluſum, muro appendunt, & luminibus, iiſque pro Eccleſiæ modulo ſubaccenſis, non ſine veneratione conſervatur. Lumina illa vocant ἀκοίμητα, quod nunquam obdormiant, nec ſomnum capiant, ſed perpetuo lumine ſemper invigilent. Anonymus de locis Hieroſolymitanis: καὶ κρέμανται κανδῆλαι τέσσαρες ἀκοίμηται. *Et pendent lampades quatuor, nunquam obdormiſcentes.* Alii magis proprio vocabulo ἄσβεστα, *inextinguibilia.* Cyrillus in vita S. Euthymii: καὶ καθ' ἑκάστην λαμβάνουσα ἁγίασμα ἀπὸ τῆς τοῦ ἁγίου θήκης, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀσβέστου κανδήλας πίνουσα οὕτως ἠλευθερώθη ἀπὸ τοῦ δαίμονος. *Et quotidie accipiens ſacram aquam è ſancti depoſito, & aquam inextinguibilis lampadis bibens, ſic liberata eſt à Dæmone.* Anaſtaſius Monachus, in Narrationibus de Patribus Sinaitis: ὅπερ γέγονεν, καὶ σώζεται ἕως τοῦ νῦν ὁ πίθος καὶ κανδήλα ἄσβεστος ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας θεοτόκου κρέμαται καὶ ἅπτει ἐν αὐτῷ. *Quod factum eſt; & ad hunc diem ſervatur dolium, & lampas inextincta in honorem S. Deiparæ pendet apud ipſum accenſa.* In Eccleſiis vero haud ita conſpicuis, nec lumen nec lampas ardet. Demum, cum opus fuerit, Sacerdos, cum Diaconorum comitatu, & luminibus accenſis, Pſalmos & alia pro re enuncians, involucrumque illud ſecum deferens, in ægroti, & jam moribundi ædes pergit; per viam omnibus etiam Turcis, ſi obviam venerint, veneratione quadam obſtupentibus. Miraris forte, quod dixerim, tanti illos myſterii veneratione obſtupeſcere? Vt admirationi nullus ſit locus, id quoque habeto. In Byzantina civitate, aliiſque ſub eo dominatu urbibus, poſt horam præſcriptam, omnibus progreſſus per noctem interdicitur; Præfectis tantum viarum, eorumque comitatui, conceditur; non ut animum recreent, ſed ut inobedientes, ſumptis etiam pœnis, refrenent. Cum neceſſitas urget, ſacerdos, non expectata luce, ſolemni cum pompa ſacramentum ad infirmum convehit. Vbi Præfecti obviam facti ſunt, ſubſiſtunt, & tanti cultus admiratione permoti, præcepti de non ambulando obliti, Turcas ex proprio comitatu, prout oportunum viſum fuerit, dimittunt, ut una cum illis proficiſcantur, ducant quo illi velint, redu-

reducantque ad ecclesiam, &, si opus fuerit, in proprias domus, & à molestia, & incursatione, si quæ fuerit, defendant. Turcæ, Præfecti imperium lubentes exequuntur. Vbi ad ægrotum ventum est, exemptam cum cochleari è Pyxomelo Margaritam unam, vinoque, ad hunc usum delato in ædem, cochleari perfusam, ut emollescat, post exactam peccatorum confessionem, & supplicationes, tum à sacerdote, tum ab infirmo recitatas, infirmo porrigit: cui postea bona deprecatus, cum eadem pompa, unde egressi sunt, convertuntur, & Margaritas reponunt. In eodem Bemate, alio tamen loco, Confirmationis oleum, in vasculo stanneo, vel argenteo, reservatur.

XXI. Et hæc est recentioris Græciæ Ecclesiarum ichnographia, quam si non ad amussim executus sum, sermonis id inopia fecit. Non illa tamen eadem est in omnibus, & præcipue in civitatibus, ubi mulieres & viri ad audiendum sacrum simul concurrunt: in nobilioribus enim templis plerisque eadem distinctio, ut jam narravimus, est: & in Narthece, ubi diximus despectiorē Monachorum cœtum commorari, mulieres sistuntur, ab hominibus sejunctæ: si una tantum porta, quod raro fit, Ecclesiæ, eaque in Narthecem introducat, per eandem viri mulieresque ingrediuntur. Viri in ipsam Ecclesiam per portam speciosam introeunt: mulieres in loco sibi proprio remanent; si murus separans ex fabrica fuerit, non nisi per portam illam, vel portulas, si fuerint, sacrum audiunt; si tabulata, cum non pertingant ad fornicem, sed tantum ad mensuram hominis erecta sint, superiorque eorum pars cancellis, quos Itali *Gelosias* vocant, præmuniatur, inde veluti per foramina audiunt, &, quæ geruntur, conspiciunt. Si pluribus portis aditus in ecclesiam pateat, id ut plurimum observatur, ut viri per eam, quæ in chorum ducit, ingrediantur, mulieres per Narthecem; licet enim hoc eam nomine appellasse. Vbi Narthex nullus fuerit, ecclesia tabulato dividitur; pars, quæ ante Bema recta procurrit, viris, obliqua mulieribus conceditur; quam si Gynæconitim dices, non aberrabis à scopo: in qua se adeo severe continent, ut, cum Sacerdos in Bematis valvis panem sanctum, Antidorum nempe, dispertiatur, ne cum hominibus commisceantur, accessus illis interclusus sit, & vel ipse sacerdos, vel Diaconus, vel aliquis alius, qui sacerdoti inservivit, ad tabulati ipsius portam, qua in

 mansio-

mansionem virorum & templum ingressus est, accedat, ibique mulieribus singulis, eo convenientibus, benedictum panem distribuat. Alibi etiam in superiori parte ecclesiæ ex utraque parte mulieribus locus assignatur, cancellis quoque ille undique circumseptus, ad quam scalis, non nisi mulieribus, perviis, ascenditur; descenduntque ex eo, viris invisæ, & per portam, sibi solis perviam, Templo exeunt. Et hoc, non recentiorum sollummodo Græcorum more, sed vetustissima consuetudine receptum esse, habeo ex Clemente constit. Apostolic. cap. LVII, Philone Iudæo de vita Contemplativa, Augustino lib. III, de Civit. Dei, c. XXVIII. & lib. XXII, c. VIII, Chrysostomo homil. LXXIV in Matthæum, S. Maximo de Ecclesiastica Mystagogia, cap. III. ne eorum verba exscribendo nimius sim. Parvulorum nulla habetur ratio, sive cum viris, sive cum mulieribus, sacris intersint.

XXII. Ambonis usus hodie in ea ecclesia rarus, aut nullus. Et, si quæ sunt orationes ὀπισθάμβωνοι, eas in media ecclesia recitant. Sic etiam nullus est Sceuophylacii, conjuncti tamen cum Ecclesia. quod diversum fuisse à Diaconico, ex jam supra dictis patet. Vasa tamen sacra, & reliquam ecclesiæ supellectilem, sacerdotes, post illius usum, in ædes proprias convehunt conservandam; Monachi in Monasterii Turrim: vel domum hi munitiorem habent; in qua non tantum res ecclesiæ, sed Monasterii etiam & proprias pretiosiores obserant, &, cum occasio fuerit, exportant. Sic enim hisce temporibus magis in tuto esse comperiuntur. Quare frustra, nunc temporis, Sceuophylacion, quod sit templi pars, templo adnexa, perquires. Plura hic de Embolis, Choneuterio, aliisque minutioribus templi partibus, possem afferre: sed nolo, epistolam in volumen excrescere.

XXIII. Missa præterea pro Mortuis apud Græcos nulla alia est, nisi ea, quæ Ioannem Chrysostomum præfert, & aliis diebus ac solemnitatibus recitatur. Differt tamen, quod tunc Epistola & Euangelium pro mortuis legitur, & celebraturus, post commemorationes Sanctorum, in oblatione addit pro eo μερίδα. Quando Collyba sunt, tum solemnius res peragitur; cum plures accendantur cerei, sæpius solito Sacerdos incenset, & Panegyrim, ut ita dicam, supplicationibus ad Deum pro defuncti anima, & benedictione Collyborum, diutius protrahat;

& po-

& potissimum, si post dispartita Collyba, vinum etiam, quod sæpissime fit, fundatur pateris congregatorum: sic enim hilariores, demortui memoriam cariorem, & quam longissimam efficiunt. Postea domum reversi parentes & consanguinei, panes candidissimos, ex flore farinæ subacto, in frusta satis ingentia divisos, vino rubeo ac generoso, plenos, oleo etiam optimo admixto, majori ex parte immergunt; vinoque ac oleo madida pauperibus ac vicinis dispertiuntur, ac œnophora vini amicis & egentibus, pro modulo suo quisque, domum transmittunt. Sacerdos interim celebrans, ex hisce omnibus, tamquam ceremoniæ arbiter, potiora sibi deligit, &, non servato in distributione modo, majori rerum mole onustus domum revertitur. Nec in mortuis tantum gaudet Sacerdos, sed alio quoque tempore, cum Missas celebraturus est, varia bonorum suppellectile ditatur. Solent siquidem Christiani, & præcipue Templum illud speciali quadam veneratione prosequentes, celebraturis sacerdotibus pro sola sui, vel suorum, sive illi mortui fuerint sive vivant adhuc, commemoratione, non pecunias modo, sed & panem, & vinum, quandoque etiam legumina, dulciaria, & alia fercula, exhibere; quæ ipse, dum celebrat, in Bematis australe altare, vel ibi prope, vel, ubi adsit, in Parabemate reponit, post Missam in ædes proprias asportanda. Ea sæpe in tantam copiam excrescunt, ut familiam, alias amplam, honeste abundanterque alat. Turcarum ipsæ mulieres cum Christianis ipsis, muneribus mittendis, ultro certant; quibus Sacerdotes nutriunt; sicque lampadibus oleum, ne lumen ante sacras imagines desit, clam tamen, & insciis maritis aliisque Turcis, munerant, ne noxam subeant: & ne mireris, largitione, eaque non levidensi, Sacerdotes inducunt, ad filios sacri fontis aqua abluendos, & Chrismate inungendos; quando jam Græci, una cum Baptismate, pueros sacro Chrismate inungunt.

XXIV. Sed quid ego plura de Templis recentiorum Græcorum ad Morinum, quo nemo res sacras aut præstabilius, aut ponderatius tractat? Feci ipse, quod jusseras; facturus quoque in posterum, quidquid pro tua in me maxima auctoritate jubebis. Multa in hisce peccavi; at obsequium in te meum accusari non debet. Si placet, bene est; sin minus, sub incude tua posita volve, revolve, tunde, perpoli, in meliorem formam consla.

 si id

ſi id fieri ſine negotio poterit, & prudentiæ tuæ ac ſapientiæ malleo, ut libuerit, confinge. Si, deſperata ſalute, in interitum properant, tradito, medicinam allaturo, quod & æquius erit, Vulcano. Vale, mi Morine, & Leonem tuum, ut facis, ama.

LEONIS ALLATII, DE TEMPLIS GRÆCORVM RECENTIORIBVS, EPISTOLA II.

Clariſſimo & eruditiſſimo Viro, IOANNI MORINO.

I. SCripſeram ad te, Vir clariſſime, de Græcorum recentiorum Templis, & quæ Chriſtiana religio hoc ævo, in acerbiſſima ſervitute, vel de novo extruxit, vel à parentibus accepta conſervat, non quæ profuſa majorum liberalitas, ad normam Chriſtianæ pietatis, dedicaverat. Quæ antea ipſe cogitatione conceperam, verbis forte non ita ad amuſſim expreſſa, ſolers ingenii tui acumen, & ſingularis induſtria, in tabellis concinne admodum repræſentavit; ut jam oculis conceptus meos uſurpem, mihique ipſe gaudeam, quod, præſtanti ante alios viro, moleſtiæ non fuerit, uſque adeo ad ſcriptionem meam animum applicaſſe. Sed, utut ſit, ſi Morino meo non diſpliceo, ſatis mihi habeo ex labore id muneris. Placeo? rurſumque ad ſcriptionem compellor? promptus obſequor.

II. Et primum, ante alia illud obſervo, Templum D. Athanaſio ſacrum, quod Romæ eſt, non ita ex nationis illius more extructum eſſe, ut ad conſtituendas Græcorum hodiernas Eccleſias

clesias in exemplum adduci possit & debeat: cum potius Latinæ Ecclesiæ modum, eumque non ita antiquum, referat, & non nisi Bemate à Latinis distinguatur. quod si excipias spatium, inter muros sub fornicem excurrens, nihil habet cum Græcorum Ecclesiis commune; quando & ingressus ipse diversus, nec Embolum nec Narthecem habeat, neque Templum ab aliis partibus separetur, altaribus utrinque excavatis, nec mulieres à viris secludat cancellis. Templum tamen est, & pro juvenum ibidem Deum colentium usu satis accommodatum. Aliunde itaque Templorum recentiorum imagines petendæ sunt. quæ, ut alias diximus, tribus præcipuis partibus constituuntur, Narthece, Nao, & Bemate: & in spatio inter Naon & Bema, Cantores Lectoresque sibi locum habent, non qui aliquò novo Tabulato, ab eo, quod Bematis est, distinguatur, sed qui una cum templi spatiis excurrat, vel cum Bematis rotunditate continuetur. Et hæc mens fuerat verborum meorum, nescio an bene expressa; quòd optime observatum in Clementis & Athanasii Templis, Morinus meus notavit: & sic nulla chori perturbatione, sanctuarii fores, nullo moram aut impedimentum inferente, apertæ, & imagines, quæ in tabulato Bematis sunt, oculis omnium objiciuntur, ac thure, nullo obstante, perfunduntur.

III. Sed liceat mihi, antequam ulterius procedam, non justo longius tamen, à proposita materia divagari. Teneo namque ex tuis tabulis, quæ omnes quadratam semper formam sacrarum ædium reddunt, occasionem, quam optabam; neque dimittam. Templorum, non vetustiorum modo, sed recentiorum etiam formæ, ad quinque summa genera reducuntur: reliqua enim vel ab eis sunt, vel ad eas referri poterunt. alia siquidem fuerunt τρουλλωτὰ, seu κυλινδρωτὰ, seu θολωτὰ, seu κυκλοειδῆ, neque enim nimium inter ista interest; alia καμαρωτὰ; alia σταυρωτὰ; alia δρομικὰ; alia ex his mixta. τρουλλωτὰ sunt, quæ τὸν ὄροφον τρουλλωτὸν ἔχουσι, *summam sui partem trullatam habent*; quæ nempe, in supremo sui fastigio in arcum rotundata, ambitu decrescente arcuantur, à Trulla, (aliis Trullon, aliis Trullos est,) quæ fornicem, & concamerationem notat. Vnde Trulla magnæ Ecclesiæ, confecta à Iustiniano, & reparata, ut tradit Codinus de Originibus Constantin. Ioannes Phocas, libello quantivis pretii, de locis Palæstinæ, quem jam Latinum à me redditum

 typis

typis paro, cap. XII: Νῦν δὲ ὁ τοιοῦτος τόπος γέγονε ῥωμαϊκὸν μοναστήριον. ὑπάρχει οὖν ὁ ναὸς τῆς τοιαύτης μονῆς τρουλλωτός. *Nunc vero locus ille Latinorum monasterium est, & templum Monasterii trullatum.* Cap. XIV: ὁ δὲ τοιοῦτος ναός ἐστι περικαλλέστατος, τρουλλωτὸν ἔχων τὴν ὀροφήν. *Hoc porro Templum quam pulcherrimum est; tectum in Trullæ formam desinit.* Trullam Zonaras σφαῖραν, ob similitudinem, in Iustiniano, nuncupavit: πεσεῖν τὴν μεγάλην σφαῖραν τοῦ ναοῦ. Qui ibidem: τροῦλλος πεσοῦσα καὶ κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης συνέτριψε. *Trullus casu suo ciborium sacræ mensæ contrivit.* Non semper lapideam ex structura fuisse, sed aliquando etiam ex vario lignorum genere, in medio, veluti in scuto, coëuntium, habeo ex Codino in Originibus Constant. editis: ἐξ οὗ περὶ τῶν ἰδιωτῶν φέρεται λόγος, ὅτι ὁ τροῦλλος κισσάρινός ἐστιν, ut legit Meursius; ipse legerem, κυπαρίσσινος, ex nunquam putrescente videlicet ligno compaginata. Et in non editis: ὑπῆρχε δὲ καὶ ἡ ἁγία ἀνάστασις ξυλότρουλλος. ὁ δὲ βασιλεὺς, lego βασίλειος, ὁ μακεδὼν ἔκτισεν αὐτὴν δι' ὀροφῆς χρυσοῦ. *Erat & sanctæ Resurrectionis templum lignea trulla tectum: verum Basilius Macedo aureo tecto exædificavit.* Et: ὁ ἅγιος Μάρκος ὁ πλησίον τοῦ ταύρου ἐκκλησία ἦν μεγάλη ξυλόλουρος, (lego ξυλότρουλλος) κτισθεῖσα ὑπὸ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, εἶτα ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθεῖσαν ἀνήγερεν αὐτὴν Ρωμανὸς ὁ γέρων ὁ Λεκαπηνός. *Sanctus Marcus prope Taurum ecclesia erat ingens, trulla lignea à Theodosio Magno substructa, quæ cum terræ motu cecidisset, eam Romanus senior Lecapenus erexit.* Qualem hodie quoque cernimus Romæ in Transtiberina regione, in templo Carmelitanorum, D. Virgini sacro, nostra hac ætate exædificatam. Trullata parum differebant ἀπὸ τῶν κυλινδρωτῶν, quæ ad formam cylindri à subjecta basi circulari ad æqualem parallelum æqualiter erigebantur; & ἀπὸ τῶν κυκλοειδῶν, quæ à circulari figura sibi nomen vindicabant; & ἀπὸ τῶν θολωτῶν, in quibus trabes omnes medio in tecto coire solebant, & in tholo, quasi in scuto, seu umbilico, affixæ adhærebant; quæ fuerit erectior testudo Templorum, altius crescens, & rotunda forma in fastigiatum cacumen desinens. Magnum Etymologicum: θόλος, περιφερὲς οἰκοδόμημα ἀπὸ τοῦ περιθεῖν. θόλος τόπος τις ἐν τοῖς ἀρχείοις κληθεὶς διὰ τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς, ἦν γὰρ λιθοειδὴς (lego θολοειδὴς) καὶ ὀροφὴν εἶχε περιφερῆ, οἰκοδομητὴν, οὐχὶ ξυλίνην, ὡς τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα. λέγεται θηλυκῶς ἡ θόλος. *Tholus domus est rotunda, dicta ἀπὸ τοῦ περιθεῖν à circumcurrendo. item locus*

quidam

quidam in Tabulariis, seu Archivis, à fabricæ ratione sic dictus : erat enim ad modum tholi constructus, & fastigium habebat rotundum, structura non è ligno, ut cætera ædificia, constans. Dicitur fæminine hæc Tholus. Ioannes Phocas in eodem libello, cap. XIV : ἔστι καστέλλιον, ἐν ᾧ ὑπάρχει ἡ ἁγία Σιών, ἡ μήτηρ τῶν ἐκκλησιῶν. ὁ δὲ τοιοῦτος ναός ἐστι πάμμεγας κυλινδρωτὴν ἔχων τὴν ὀροφήν. *Castellum est, in quo sancta Sion, ecclesiarum mater, collocatur : prægrandi magnitudine ecclesia conspicua est ; tectum in proceritatem æqualiter orbiculatam effingitur.* Cap. XVIII : μέσον δὲ ταύτης ἵσταται ὁ ναὸς κυλινδρωτὴν καὶ οὗτος ἔχων τὴν ὀροφήν. *In medio Templum assurgit, tecto in modum cylindri directo.* Cap. XXIV : καὶ ὁ ναὸς μέσον αὐτῆς ἐγχόρηγος τρουλλωτὸς ἵδρυται, ἐν κυλινδρωτοῖς θόλοις ἐπικαθήμενος. τούτῳ συνέζευκται ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ναὸς ἕτερος θολωτός, πάνυ σμικρότατος, ἐν τοῖς χρόνοις, ὡς λέγεται, τῶν ἀποστόλων ἀνεγερθείς. *Et in ejus medio Templum capax, trullatum assurgit, tholis cylindri instar fabrefactis insidens ; cujus in dextera parte Templum aliud adnectitur, tholo æque constans, pusillum admodum, & ævo Apostolorum, ut traditio est, ædificatum.* Cap. XVII : μέσον δὲ τῆς μονῆς ἵσταται ὁ ναὸς ἐν ὕψει κυκλοειδῆ ἔχων τὴν ὀροφήν. *In medio Monasterii Templum erigitur tecto rotundo.* Hæc ipsa ad minutiora etiam ædificia ob similitudinem referuntur, cum tuguriola, ubi Monachi aut Anachoretæ inclusi agebant, sic vocarentur. Historia Lausiaca cap. XLIII : καὶ διατρίψας ἐν διαφόροις μοναστηρίοις πέντε ἔτη ἀνεχώρησε μόνος εἰς τὸ ὄρος τὸ Λυκώ, εἰς αὐτὴν τὴν ἀκρώρειαν ποιήσας ἑαυτῷ τρεῖς θόλους, καὶ εἰσελθὼν εἰς αὐτοὺς ἐνῳκοδόμησεν ἑαυτόν. ἦν οὖν ὁ εἷς θόλος ἔνθα προσηύχετο. ὁ δὲ ἕτερος ἐν ᾧ εἰργάζετο, καὶ ἤσθιεν. ὁ ἄλλος εἰς τὰς χρείας τὰς τῆς σαρκός. *Cum quinque annos versatus esset Ioannes in Monasterio, secessit solus in montem Lyco, & in cacumine montis, factis sibi tribus tholis, ingressus, se ipsum inclusit ; atque erat quidem unus tholus ad corporis necessitates ; unus autem, ubi operabatur, & edebat ; alius, ubi orabat.* Et cap. VIII : *Et fecit sibi duos cellarum tholos*, &c. In vita quoque Ioannis Eleemosynarii, cap XXVI : *Illic enim eis fecerat quasi tholos quosdam prolixos.* Καμαρωτὰ sunt, quæ in fornicem desinunt, & arcuato opere, ac tecto conflexo cōteguntur, ad similitudinem, si aliunde etiam exempla sumenda sunt, pergularum hortensium, quæ ad ambulationes opacandas, vario arborum virgultorumque genere reptantibus flagellis, & capreolis innitentibus, concamerantur. Est namque Camera proprie testudo, seu

 fornix,

fornix, & ipsa pars superior, item tectum devexum, & recurvum ad formam testudinis, quod adnotavit Servius ad eum locum III. Georgicorum. *camuris hirtæ sub cornibus aures.* De Camera Trulliana Sallustius: *Eum muniunt undique, parietes atque insuper Camera, lapideis fornicibus juncta, sed incultatenebris.* Anastasius in Leone: *Fecit Cameram Basilicæ Constantinianæ, & alteram Cameram B. Petri ornavit.* Clemens etiam lib. VIII Recognitionum, Interprete Ruffino: *Quis enim exigui saltem sensus homo, qui, cum cernat domum, omnia, quæ ad usus necessaria sunt, habentem, cujus Cameram in sphæræ gyrum videat collectam, eamque vario splendore, & diversis imaginibus depictam, luminaribus præcipue, & maximis adornatam; quis, inquam, est, qui, hujusmodi fabricam videns, non statim pronunciet, à prudentissimo & sapientissimo artifice esse constructam?* Licet alia quoque significare compertum sit, & integrum ædificium, parietes scilicet cum fornice. De Templis Ioannes Phocas cap. XIV: ὑπάρχει οὖν ὁ τοιοῦτος ναὸς τετρακάμαρος, τρουλωτός. *Templum quatuor fornices & Trullam habet.* Et: ὁ δὲ ναὸς ὁ ἐπάνω τοῦ γολγοθᾶ ἐστι τετρακάμαρος θολωτός. *Templum super Golgotha quatuor fornicibus, & tholo assurgit.* Cap. XXVII: ὁ τοῦ Ραχὴλ τάφος ὑπὸ τετρακαμάρου θολωτοῦ σκεπόμενος κλίσματος. *Rachelis sepulchrum quatuor fornicibus, tholi instar, in fastigiatum cacumen desinentibus opertum.* Et Plinius lib. XXXIV, cap. XIV. *Eodem lapide Dinocrates Architectus Alexandriæ Arsinoës templum concamerare inchoaverat.* Σταυροειδῆ, sive σταυρωτὰ sunt, quæ crucis formam referunt, & extensis utrinque brachiis, Ecclesiæ partem, in qua altare collocatur, ab ea, quæ ducit ad ostia, subdividunt. Zonaras in Iustino Iuniore: καὶ τὰς ἀψῖδας ἄμφω τῷ ναῷ τῷ ἐν Βλαχέρναις προσετίθετο ἐκ καινῆς, ὡς εἶναι τοῦτον σταυροειδῆ. *Et utrumque fornicem Templo Blachernio addidit, ut formam crucis referret.* Cedrenus de eodem: προσετέθηκε δὲ καὶ εἰς τὸν ναὸν τῶν Βλαχερνῶν τὰς δύο ἀψῖδας, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν σταυρωτήν. *Addidit & templo, quod est in Blachernis, duos fornices, effecitque, ut formam Crucis referret.* Vt vel hinc appareat, quam temere insaniant, qui στρωτὴν *stratam*, non σταυρωτὴν legi contendunt. Phocas cap. XXVII: καὶ ναὸς ἐπὶ τοῖς τοῦ σπηλαίου νώτοις ἐπικαθήμενος βλέπεται ἐπιμήκης, καὶ πάμμεγας σταυροειδῶς ἐξ ἀσήπτων ξύλων σκεπόμενος. *Et Templum speluncæ humeris insidens, prælongum prægrandeque, ad formam crucis ex non putrescentibus lignis contectum.* Qualia ejusmodi Romæ

pleraque

pleraque cernuntur. Δρομικὰ sunt, quæ forma quadrata, lateribus paribus, vel imparibus, substructa sunt; quorum in culmine asseres, seu trabes cantheriis colligantur, & tegulis superpositis conteguntur; adeo ut templi parietes projecturis asserum tegantur. Quare vero id nominis sibi vindicent, non erit ita facile explicare: si quid tamen conjecturæ dandum est, puto, ea à deambulatione, qua per tabulas super trabibus expansis à facie templi ad sanctuarium ipsum progrediuntur, nomen habere: ex iis enim interius templi spacium universum hac atque illac percurrebatur. sic dicta à δρόμος, qui cursus est, & pervagatio. Eorum meminit Phocas cap. XXIX: ἔνθα καὶ ὁ ἱερὸς τάφος ὑπάρχει αὐτοῦ. ὁ δὲ ναός ἐστι δρομικός. *Vbi & sacrum illius sepulchrum & Templum Dromicum est*. Et Codinus in Originibus non editis: ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ δρομικῇ τὸ πρότερον οὔσῃ, εἰς εἰδωλεῖον τελούσῃ τετρακόσιαι εἴκοσι ἑπτὰ στῆλαι ἵσταντο. *In magna Ecclesia sanctæ Sophiæ, quæ prius Dromica erat, & Idolorum cultui dicata, septem & viginti super quadringentas columnæ stabant*. Auctor Turco-Græciæ, ex Theodosio Zygomala: Νάρθηξ τὸ ἔξω τοῦ ναοῦ δρομικὸν δίκην νάρθηκος. οὕτως ναρθηκοφόρος, ὁ ῥάβδον φέρων ἐκ νάρθηκος. πᾶν δρομικὸν νάρθηξ λέγεται. *Narthex extra Templum Dromicum instar narthecis. Sic Narthecophorus, qui baculum gestat è Narthece. Omne Dromicum Narthex dicitur*. Mixta erant, quæ his generibus immixtis conflabantur. Phocas cap. XV: ὁ δὲ τοιοῦτος ναός ἐστιν ὁ πᾶς θολωτὸς, ἐπιμήκης, κυλινδρωτὸς, καὶ μέσον αὐτοῦ δίκην ἄμβωνος ἵσταται ὁ τάφος αὐτῆς λελατομημένος ἐκ πέτρας ἐν σχήματι τετρακαμάρῳ. *Templum hoc totum in tholum desinit, prælongum, æqualiter orbiculatum. in Templi medio instar Ambonis sepulchrum Virginis ex saxo excisum est ad modum ædificii, quatuor fornicibus structi*. Cap. XXII: καὶ περὶ τὸ χεῖλος ὥσεὶ λίθου βολῆς ἄπωθεν ἐστι τετράπλευρον θολωτόν. *Et circa oram non longe lapidis jactu ædificium est, quatuor lateribus constans, & tholo assurgens*: id σταυροθολοκλισμένον dixit auctor barbarus de locis sacris. Et quemadmodum Camerarum diversa genera sunt; quædam namque curvantur in testudines, aliæ in hemisphæria, aliæ complusculis arcubus constant, & ex his plæræq; compositæ, quas mixtas & incertas vocat Philander in Vitruvium lib. VII, cap. II; ita & genera templorum, earum variatione, diversimode camerantur. Sed Templa recentia Græcorum, cum non ad fastum extruantur, fere

omnia dromica cernuntur eſſe, tanquam quæ, dummodo non introſpiciantur, domeſticarum ædium imaginem præ ſe ferunt.

IV. Cum ad Bema deventum fuerit, in ſemicirculum arcuantur, qui tabulatum ab angulis directum occludit; nec omnia eandem tenent æquam laterum menſuram, ſed, pro loci commoditate, modo latiora excreſcunt, modo longiora effunduntur, longitudine latitudinem ſuperante. Et raræ ſunt in urbibus Trullæ, ſeu Tholi, ne, eorum aſpectu ac magnificentia, hoſtium oculos pelliciant, atque odium excitent. De ſacrarum ædium generibus finem faciam, ſi unum addidero, quod jam video ab aliis etiam perveſtigatum, neſcio an ſatis explicatum; de eccleſiæ ſcilicet Embolis. Et plura emboli ſignificata quæret apud Grammaticos, & Lexicographos, qui volet: ipſe illud animadverto; quemadmodum fuerunt emboli fori, & aliorum ædificiorum, quorum meminit Codinus in originibus non editis: αἱ παλαιαὶ πύλαι εἰς τὸ τρικύμβαλον τοῦ τζυκανιστηρίου ἤρθησαν ἀπὸ τοῦ ἐμβόλου τοῦ φόρου παρὰ Βασιλείου τοῦ μακεδόνος. *Veteres portæ in Tricymbalo Tzycaniſterii erectæ ſunt ab embolo fori à Baſilio Macedone.* in Chronico Alexandrino, τεσσαδήσιοι ἔμβολοι, quos Codinus in Originibus editis τεσσαδικοὺς ἐμβόλους appellat. ἔμβολος τῶν ἀργυροπρατείων. δημόσιος ἔμβολος. Et pag. 904: ἐξῆλθον δὲ καὶ οἱ Αρμένιοι τὸ τεῖχος τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ἔβαλον πῦρ εἰς τὸν ἔμβολον τὸν παρεκεῖ τοῦ ἁγίου Νικολάου. *Quin & Armenii eruperunt ex mœnibus Blachernarum, & in porticus illas ignem injecere, quæ ſunt ultra D. Nicolai templum.* Quamvis etiam, & alium ſenſum admittat; Porticus nempe illas fuiſſe D. Nicolai, ut illud παρεκεῖ, *ultra*, non ad templum, ſed ad mœnia Blachernarum referatur. Et: ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἔκτισε καὶ δύο ἐμβόλους ἀπὸ τῆς εἰσόδου τοῦ παλατίου ἕως τοῦ φόρου εὐπρεπεῖς κοσμήσας ἀνδριάσι καὶ μαρμάροις, καλέσας τὸν τόπον τῶν ἐμβόλων ῥηγίαν. *Idem Imperator geminas condidit porticus ab ingreſſu Palatii uſque ad forum, ſane ſumptuoſas, ſtatuis & marmoribus exornatas, & locum appellavit Regiam.* Cyrillus Scythopolitanus, in vita S. Sabæ, de Hæmorrhouſa quadam ſermonem habens: αὕτη ἔκειτο ἐν τῷ δυτικῷ ἐμβόλῳ τῆς αὐτῆς πλατείας. *Illa jacebat in occidentali embolo ejuſdem plateæ.* Et: ὁ δὲ ταῖς κραυγαῖς εἴξας ἀπέρχεται πρὸς αὐτὴν εἰς τὸν ἔμβολον. *At ille clamoribus cedens progreditur ad ipſam in embolum.* Varios, eoſque magnos Conſtantinopoli exſtructos memorat Meurſius in Codinum de originibus, Arcadii; duos Con-

ſtantini

ſtantini, ex Cedreno; quatuor Eubuli ſub Conſtantino, ex Codino; alios Domnini, ex Cedreno & Theodoro Anagnoſta; quos notat conflagraſſe ſub Iſaacio Angelo, ex Niceta in ejus vita. Ita & eccleſię embolum lego apud Codinum in Originibus non editis. Καὶ Θεοδώρα ἡ Αὐγοῦστα ἡ τοῦ Θεοφίλου ἀπερχομένη διὰ τοῦ ἐμβόλου εἰς βλαχέρνας, καὶ τοῦ ἵππου αὐτῆς ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ὀλισθήσαντος ἔμπροσθεν τοῦ νάρθηκος τοῦ ναοῦ. *Et Theodora Auguſta, quæ Theophili erat, abiens per embolum ad Blachernas, & illius equo illo eodem in loco ante Templi Narthecem labente.* Et: τὸν ἅγιον Παντελεήμονα Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάλου Ιουστινιανοῦ ἀνήγειρε, διότι ὅτε ἦλθεν ἀπὸ Παφλαγονίας ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ καθώκει πένης οὖσα, καὶ ἔρια νήθουσα, ἐξ ὧν εἶχε καὶ τὴν διατροφήν. *Sanctum Panteleemonem Theodora, Iuſtiniani Magni uxor, exſtruxit, quod è Paphlagonia adveniens ibidem, in embolo inhabitabat, pauper, & lanas nens, quibus ſibi alimenta ſubminiſtrabat.* Et in octavo Concilio generali legitur: τόμος περιέχων ἐν συντόμῳ τὴν ὀγδόην σύνοδον γεγραμμένος ἐν τῷ δεξιῷ ἐμβόλῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Tomus in compendio continens octavam ſynodum, ſcriptus in dextero embolo magnæ Eccleſiæ.* Græcis hoc ævo nihil aliud eo nomine inſinuatur, quam eccleſiæ porticus; pars nempe illa ante ædium ſacrarum oſtia, variis aſſeribus inter ſe conjunctis, & tegulis ſuperimpoſitis intecta, ad caloris incommoda & imbres repentinos arcendos, umbrarum etiam & deambulationis gratia, ædificata. ſic dicta ab ἐμβάλλω, quod per eam ingreſſus pateat. Alii tradunt, ſic dici, vel quia ſubvolumina ſunt, vel quia ſub illis ambulant: ſunt enim Porticus hinc inde platearum. Aſconius in Divinat. vocat *provolantia tabulata.* Et hæc cuique nota fuerint. Ipſe Chii alibique obſervavi, non tantum parte anteriori, ſed etiam altera parte quæ longitudinem explet, ſive etiam utraque, à ſimili porticu, ſed aliquantulum depreſſiori, veluti area obvallari, atque veluti munimento aliquo totum templum circumcludi, ut, dummodo velit, quilibet totam eccleſiam circumire valeat. Si ædes depreſſiores ſunt, ex earum culmine aſſeres, tectum continuantes, curvitate dependulæ in pilis lapideis, vel ſtructuris teſtaceis, aut parietibus cœmentitiis, crebris contignationibus conquieſcunt, quibus ſuper lateres tegulæque expanduntur. In ea parte ubi declinatæ procumbunt, ex ima terra ad umbilicum hominis, murus exiguus circumducitur, ad ambulacrum illud à lutorum, & cur-

currentium aquarum injuriis defendendum: si erectiores assurgunt, non ab ipso ædium fastigio, sed ab eo, quem judicaverit artifex commodiorem locum, ædificium fit, quale hodie Romæ, in Nosocomio Sancti Spiritus de Saxia, dextrorsum in illud introëuntibus, patet, Græco tamen, quem repræsento, dissimile: in eo intrinsecus quam levissimo marmore toti parietes oblinuntur, ideoque tanquam in tabula rasa nihil obsignatum est. in Græcorum, picturis omnia variantur, cum rerum gestarum historias, Sanctorum effigies, & sexcenta alia, artificio non illaudabili videntibus objiciant, & considerantibus tradant. Et ne, rerum obscuritate, & meditatione, deambulantium animi affligantur, brevi Programmate factum legentibus aperit, verbumque unicum, Sancti nomen, cujus figura est, indicat, ne vel parva morula temporis, sine ullo pietatis fructu, prætereat. quando jam hisce religionis igniculis, & rerum divinarum mysteria, etiam nihil agentibus, sensim de novo irrepunt, vel innata & aucta confirmantur. Talis fuit Embolus magnæ ecclesiæ, in quo, ut jam supra notabamus, acta octavæ Synodi erant descripta; nec alius fuerit Carianus embolus apud Blachernas, à Mauritio Imperatore extructus anno imperii quarto. Cedrenus: ὁ δὲ Μαυρίκιος ἔκτισε τὸν Καριανὸν ἔμβολον ἐν Βλαχέρναις, γράψας ἐν αὐτῷ διὰ ζωγραφίας τὰς ἑαυτοῦ πράξεις, τὰς ἐκ παιδόθεν μέχρι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. *Mauritius porro Carianum embolum in Blachernis condit, inque eo omnem suam, à pueritia usque ad Imperatoriam dignitatem, vitæ historiam suæ depingit.*

V. Quæris, ubinam Solea collocanda sit. Respondeo, si conjecturæ non fallunt, Bemati Ambonique proximam fuisse. Colligo ex Codino cap. XVII de officiis. καὶ κατέρχεται ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέντοι, ὅπερ ἀνῆλθεν, ἤγουν τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὴν σωλέαν, καὶ τὸ ἅγιον βῆμα. Et: ὁ δὲ πατριάρχης πλησίον τοῦ σωλέου ἱστάμενος καὶ αὐτὸς ἀναγινώσκει ἑτέραν αὖθις εὐχήν. *Descenditque Imperator ex Ambone, non ea parte, qua ascendit, ea scilicet, quæ ad speciosas portas respicit, sed ex altera soleæ & sancto tabernaculo obversa.* Et: *At Patriarcha, prope soleam stans, & ipse recitat aliam orationem.* Et in Originibus de Templo S. Sophiæ: Iustinianus Imperator ἐποίησε τὸ κιβώριον, καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰ στήθεα τοῦ θυσιαστηρίου ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτά, τὸ δὲ μῆλον, καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα,

ὁλόχρυσα, τὸν ἄμβωνα, καὶ τὴν σωλέα χρυσῆν. *Confecit & ciborium, Columnas, & Fulcra altaris ex argento deaurato; Pomum & Lilia cum Cruce Ciborii ex auro; ſuggeſtum item, & ſolium ex auro.* Et ex Cedreno: ἡ τρέλλα τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας φουνικὴ οὖσα ἔπεσε, τόν τε ἄμβωνα, καὶ τὴν σωλείας ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντας συνέτριψε, καὶ εἰς χοῦν ἀπετέλεσεν. *Trulla ſanctæ Dei magnæque eccleſiæ fornicata cum eſſet, lapſu ſua Ambonem, & ſoleas, qui ex onychite lapide erant, contrivit, & in pulverem convertit.* Materia, ex qua exſtructæ fuerunt tam Soleæ, quam Ambones, loca templi ſatis conſpicua fuiſſe innuit. Nam, ex Cedreno, eam ex onychite gemma, Codino in Originibus, argento circumveſtitam à Iuſtino Iuſtiniani ſucceſſore habemus, quæ etiam antea ex auro fuerat. At quænã eſt hæc Solea? Recentiores omnes Græci ajunt ſe neſcire, ipſeque una cum iis. Meurſius: eſt *ſolium*, ſeu *Thronus.* Non placet Gretſero in Codinum lib. III, c. XII. ſed, aliquid aliud fuiſſe, ſatis aperte indicare Curopalatem, & Cantacuzenum, qui διέρχεσθαι τὴν σωλέαν *pertranſire ſoleam*, &, εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν σωλέαν, *ingredi in ſoleam*; quæ Throno, ſeu ſolio accommodari non poſſunt. Si petas ab ipſo, quis ſit; reſpondet, fuiſſe locum ad orientem ſolem, contiguum Bemati, ſive Tabernaculo. Chorum fuiſſe, illi minus probabile eſt. De ſecundo nil moror. De primo, ſexcenta alia Bemati cõtigua ad orientem ſolem fuerint, quæ tamen ſolea non erunt. An pavimentum illud fuerit, quod ante ſacrarium jacet, vel pars illius, vel aliud intra chorum à reliquo ſolo adjacente eminentius? Non puto. Fruſtra enim adderetur à Curopalata, vel Cantacuzeno, Imperatorem ſoleam pertranſire, cum non poſſet, niſi per ſoleam, etiamſi voluiſſet, Patriarcham, qui ante cancellos Bematis ſtabat, adire, pavimento illo totum locum occupante. & partem pavimenti fuiſſe, materia ipſa pretioſa, ex qua conficiebatur, quæ pedibus calcanda omnium eſſet, non ſinit ut credam, & lapſu Trullæ ex ſolida materia factum, dum ſolo adhæret, comminutum, ita ut in tenuiſſimum pulverem abierit, non ita facile eſt, quod in prominentibus & ſtantibus, non multo negotio, ſi pondera quæ comprimunt grandia ſunt, contingere ſolet. Quare probabilior videtur Meurſii opinio; & quæ in contrarium adducit Gretſerus, nihil probant. Quid enim vetat dicere, *Pertranſire ſoleam*, &, *ingredi ſoleam*, etiam ſi ſolium ſit? in quacunque enim parte relin-

relinquatur, *pertransiri* dicetur, &, si læva reliqueris, ut ab illis ponitur, *ingredi*. Sed de solea aliquid certius exquiro. Templa præterea Græcorum, ut nunc sunt, plano æquabilique solo conspiciuntur; quamvis in aliquibus ad altare vel ad ingressum gradibus, vel pluribus vel paucioribus, ascendatur. Soleæ etiam meminit Simeon Thessalonicensis adversus Hæreses : γίνεται δὲ εἴσοδος εἰς τὴν σολέα ἐκ τοῦ βήματος διακόνου καὶ ἱερέως, δίχα φώτων καὶ θυμιατοῦ τὴν πρὸς τὸν σταυρὸν ἀπαγωγὴν δηλούντων κυρίου κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν γεγενημένην. *Fit introitus è Bemate in soleam Diaconi & Sacerdotis, absque luminibus & thuribulo, Domini ad Crucem deductionem significantium, sexta hora confectam.* Sed neque ex hoc, quid solea sit, haberi potest. Vtinam aliquando aliquid occurrat, quod nobis distinctius illius usum exponat.

VI. Parabema optime delineatum est, dummodo altare muro affixeris, & sedilia in despectiorem formam restituas: neque enim Chori stasidia, quæ concinne affabreque exstruuntur, locum hic habent, sed tabula simplex, quæcunque illa fuerit, muro affixa, vel pedibus ligneis sublata; scamna etiam, utut sunt, sedem volentibus efficiunt. Fugerat me, quod erudite suggeris, altare προθέσεως in aliquibus templis muro interposito distingui: ut plurimum tamen adapertum, ægre cum altari majore divortium facit. Dixi, fornicem sanctuarii longiorem esse, quam latiorem, non exquisitam templorum effigiem tradens, sed qualem nobis recens Græcorum pietas dat; quæ, loco inserviens, sanctuarii figuram non ad circinata hemisphæria rotundat, sed ad situm accommodat; adeo ut sepe sæpius nulla rotunditatis figura æquis lateribus sanctuarium cum choro includat. Quod etiam asserendum est de longitudine & amplitudine chori, & Narthecis; quorum ille modus est, nullum servare modum, cum situi & loco deserviant. Quare, modo Templum, modo Narthex amplior est & effusior : neque scrupulo datur, si, qui in Narthece manere debent, dum modo multitudo & frequentia hominum cogat, in chorum excurrant. In solemnitate enim Divorum Tutelarium, quando turmatim homines influunt, & complentur omnia, seculares homines sanctuarii ipsius portulis vim tantum non inferunt : reliquis diebus sinus adeo capaces pro ratione viciniæ sunt, ut nulla perturbatione ordinis peccetur. In Monachorum Narthecibus non Monachi tantum idiotæ,

sed

ſed & ſeculares omnes, qui ſacris adſunt, immorantur. In Monialium, ubi ſecularibus aditus datur, mulieres cum monialibus, ſeculares cum aliis, in choro. Si recipere area plena tantam multitudinem non poteſt, ad eminentiora ædificia, & ὑπερώυς θαλάμυς, ſi qui fuerint, deveniunt, & mœnianis, & contignationibus variis, alto ſpatio ædificatis, frequentia mulierum egregios habet ſine impeditione proſpectus. In Parochialibus, vel Plebanis, mulieres ſuum habent Narthecem; viri in choro cum Sacerdotibus, & aliis, ſi fuerint, neque enim ſemper adſunt, conſiſtunt. In Ruralibus, & per agros hinc inde diſperſis, cum puſillæ admodum ſint, nulla eſt differentia Chori & Narthecis, ſed tanquam uno in loculo omnes tum mulieres tum viri concluduntur; unam ſibi partem mulieres, aliam viri, occupantes, ſi id commode fieri potuit; ſin minus, maxima eorum pars; quod ſæpiſſime evenit, cum feſti ac ſolemnes dies anniverſarii celeberrimo mulierum ac virorum conventu celebrantur, extra eccleſiæ fores, & mulieres potiſſimum ſacrum audiunt. Chii etiam in templo, cui Campanæ nomen eſt, cum continuo in concionem populus concurrat, ideoque frequens ac creber conveniat, Nartheces utrinque quam longiſſimi pro menſura templi excurrunt; à laterali portula mulieres in ipſum Narthecem introëunt, ibique manent: viri, ſi intrant, in templo locum ſibi quærunt: à majori porta, quæ altare & Bema conſpicit, ſi mulieres ſeſe inferant, ſtatim adorato ſanctuario, in quem libuerit Narthecem, properant: aditus enim non longe à porta in utriſque hiat. Neque in aſſidua hominum frequentia, ſi acervatim populus commeat, ſtationis ordo prævertitur: mulieres ſiquidem in Narthece, quemadmodum viri in templo, de Parochialibus loquor, nobiliores & ſpectabiliores, vel tempore in ea colenda eccleſia antiquiores, de ea quoque collatis beneficiis bene meriti, ſed, inter mulieres, ſacerdotum uxores, & celebrantis potiſſimum, tum celebriores mulieres, pro dignitate ſua quælibet, digniorem ſibi locum vendicant; quem ſibi quiſque contra recentes occupatores acerrime tuetur, & ad filios hereditario jure, ut ita dicam, tranſmittit. Hinc fit, ut omnes ſemper in eadem eccleſia ſacris interſint, & non niſi neceſſitate pellente, & raro, alio commeent: nam ſi alio accedant, niſi ex benignitate poſſidentis, qui digniorem occupat, locus cedatur,

& ce-

& ceditur fere ſemper, ſi, qui recens advenit, dignitate aliqua conſpicuus ſit, deſpectiore loco utentur. Antiquiores enim in ea Parœcia, & nobiliores, ut diximus, locum ſibi quiſque & ſedem, ut propriam, tutantur. Sedes porro illa nobilior eſt, quæ, prima à dextra ingredientis, portæ majori terga vertens, recta ſanctuarium intuetur: minus nobilis, quæ ſubſequitur: & ſic de aliis ſtatuendum eſt. Portam majorem ſemper unam ubique vidi ſine ulla laterali; & forte etiam alicubi laterales, & παραπόρτια fuerint, quas me non obſervaſſe, ingenue fateor. Præter enim majorem in facie, & alteram in lateribus templi, & aliquando etiam ex alio latere tertiam pro ratione loci, nullius alterius memor ſum, quæ videlicet ducat ad templum: etſi, ubi ex lateribus templi commode aditus mulieribus dari non poteſt, portula in eadem facie Templi aperitur, quæ non ad templum, ſed recta ducit ad Narthecem; idque mulierum commoditati fit. Narthex à Templo ſeparatur tabulato ut plurimum, quandoque etiam muro lateritio, vel cœmentitio. Altitudo hominem non exæquat, ſed eſt aliquanto depreſſior, ut ſtantes mulieres in Templum introſpiciant, & ſacra commode audiant: ſupra tabulata Cancelli lignei expanſi, earum aſpectum, ne videantur ab hominibus, arcent.

VII. Ex Paracleſiis quædam muro eccleſiæ, ſed non certo in loco, quando pro libitu conditoris & ratione locorum extruuntur, adhærent; quædam longe abſunt, & per monaſterii inſulas pleraque ſunt diſperſa. In iis, quæ eccleſiæ affiguntur, per eccleſiam quandoque, aliquando in Paracleſii muris extra eccleſiam aditus eſt. Vbi Paracleſia per ſe ſtant, portam peculiarem habent, & in nonnullis monaſteriis eo numero ſunt, ut dies hebdomadis æquent. In iis præter dies Dominicos, & ſolemnes Sanctorum celebritates, in quibus omnibus monachis præſcribitur, ut ſacris adſint, reliquis diebus unus ex monachis, cui id onus incumbit, quique ἑβδομαδάριος dicitur, ſingulis diebus, hoc nempe in uno, altero in alio, ſacrum celebrat, ut, finita hebdomade, Paracleſiorum quoque numerus expleatur: tum demum à capite novus Hebdomadarius onus Liturgiam in iis celebrandi ſuſcipit: & dum in uno celebratur, cætera ſilent, & princeps ipſa eccleſia, cujus Paracleſia vocantur, quod à Templo majore non longe diſtant, licet in eo ut plurimum non affigan-

affigantur, &, reſpectu eccleſiæ majoris, parvulæ ipſæ eccleſiæ ſint; vel, ſi placet, quod vicem illius expleant.

VIII. Cathedræ, ſive ſellæ, in Eccleſia, aliæ ſunt fixæ atque immobiles, aliæ mobiles & geſtatoriæ. Geſtatoriæ ſunt, quæ nullo in certo loco ſedem ſibi præfiniunt, ſed à Cathedralitiis miniſtris, ubi opus fuerit, convehuntur. In his ante Miſſarum ſolemnia in medio eccleſiæ Pontifex celebraturus, diebus ſolemnioribus, aſſidens, ſacris veſtimentis induitur, & ſedet; poſtmodum recta, dum Iſodus fit, in Bema procedit. Sic etiam, cum aliquem ad ſacra promovet, ad portam ſpecioſam, vel ante altare, reponuntur, quando ἱερὸν σύνθρονον in eccleſia nullum eſt, ut ſedens Pontifex ordinet. Euchologium: τοῦ ἀρχιερέως καθεζομένου ἐπὶ τῆς ὡραίας πύλης πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τῆς λειτουργίας. *Præſule ſedente in porta ſpecioſa, antequam Miſſa incipiat.* Et: ἰστέον, ὅτι ὅταν ψάλλωσι τὸ, ἅγιοι μάρτυρες, κάθηται ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὁ ἀρχιερεὺς εἰς θρονίον. *Sciendum eſt, cum canitur, Sancti Martyres, ſedet ante ſacrum altare Præſul in ſellulam.* Vel ante ſacrarium ipſum; ut noto ex Euchologio meo, nondum edito, de Conſecratione Epiſcopi: τρεῖς δὲ ἀρχιερεῖς, ἢ καὶ πλείονες τούτων ἐνδεδυμένοι τὰς ἀρχιερατικὰς στολὰς καθέζονται ἐν τοῖς σελλίοις αὐτῶν πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν τοῦ θυσιαστηρίου. ὁ δὲ πρῶτος ἀρχιερεὺς, ὁ μέλλων ποιῆσαι τὴν χειροτονίαν, καθέζεται μέσον τῶν ἄλλων ἀρχιερέων. *Tres autem Præſules, vel plures, Epiſcopalibus veſtibus induti, ſedent in propriis ſellis, ante ſacras ſanctuarii portas. Primus inter eos, qui ordinaturus eſt, medius inter alios Præſules ſedet.* Romæ etiam, cum nullæ fixæ ſint, pro epiſcopis in auſtrali parte reponuntur, una, vel plures, pro numero Præſulum; in quibus, dum ſacra peraguntur, ſedent. Fixæ ſunt, quæ muris adfiguntur, nec loco unquam moventur. Earum quædam extra Bema in media parte chori auſtrali, ex lignis dolatis, nec ita inventu facilibus, ſingulari opere artificioque confectæ, ſedentes excipiunt, & σύνθρονοι nuncupantur, quod ſimul cum aliis ſedilibus locum occupant, vel quod ſimul una multi ſedent. Euſebius Eccleſiaſt. hiſt. lib. x, cap. IV: ἀλλὰ καὶ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου, κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας ἐφ' ἅπασί τε τὸ τῶν ἁγίων ἅγιον θυσιαστήριον ἐν μέσῳ θείς. αὖθις καὶ τάδε, ὡς εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατα τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις εἰς ἄκρον ἐντεχνολεπτουργίας ἐξησκημένοις. ὡς θαυμάσιον τοῖς ὁρῶσι

παρέχειν τὴν θέαν. *Porro templo hoc modo absoluto, sellisque quibusdam in altissimo loco ad Præsidum ecclesiæ honorem collocatis, & subselliis præterea undique dispensatis ad communem usum, eximieque formatis, superque omnium sanctorum sanctum altare in medio collocato, ista rursus, ut à plebe & multitudine eo non posset accedi, cancellis è ligno fabricatis circumdedit; qui adeo artificiosa solertia, & ad summum, elaborati sunt, ut mirabile spectaculum intuentibus exhibeant.* In iis Antistes, dum sacra peraguntur, ut omnium oculis pateat, assidet: reliqui ecclesiæ clerici utraq; ex parte in humilioribus sedilibus collocantur: si plures adfuerint Episcopi, tempore aut dignitate Episcopo ecclesiæ inferiores, loci Episcopus primas sibi vindicat, reliqui ante clericos, in parte dextra Episcopi, in aliis sedilibus sedent: si loci episcopo illi dignitate præfulgeant, cedente Thronum loci Episcopo, illi ut sunt dignitate magis conspicui, ita & locum digniorem possident. In ecclesia tamen Constantinopolitana, quandoque etiam non sine turba & jurgio, aliter fit. Clerici namque illius ecclesiæ, Metropolitis, & Episcopis præsident. Ioannes Curopalata in Constantino: ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι αὐτῶν τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. *Ortæ vero sunt die Pentecostes turbæ propter sessionem in Liturgia, non sustinentibus Metropolitis, ut Syncelli in Synthrono præsiderent.* Ideoque præter paucos, eosque qui Patriarchæ supparasitantur, reliqui, dignitatem suam magis tuentes, in ingressu ipsius Templi, longe à Patriarcha, sedes occupant. Aliæ in Bemate ipso medio post altare, quæ lapideæ fere esse solent. Euchologium meum, in consecratione Templi, nondum edita: ὁ ἀρχιερεὺς λαμβάνει μαρτυρικῶν ἁγίων λειψάνων μερίδας τρεῖς, αἵτινες ὀφείλουσι κατατεθῆναι μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν. εἰ μὲν κίονες βαστάζουσι τὴν τράπεζαν εἰς τὸ ηὐτρεπισμένον ἐπὶ τοῦ ἐδάφους. οἱονεὶ τάφον μεταξὺ τῶν πρὸς ἀνατολὰς κιόνων. εἰ δὲ βωμὸς ἀνέχει ταύτην, εἴτε μονόλιθος, εἴτε συντεθειμένος ἐκ πολλῶν λίθων εἰς τὴν γινομένην παρὰ τοῦ τεχνίτου θήκην ἐν τῷ μέσῳ τοῦ βωμοῦ κατὰ τὴν πλεῦσιν αὐτοῦ πρὸς τὸ σύνθρονον. *Præsul accipit ex Martyrum sacris reliquiis partes tres, quæ reponendæ sunt post sacrosanctum sacrificium: si columnæ altare sustinent, in præparato, in pavimento veluti sepulchro inter columnas ortum respicientes: si ara illud tenet, sive ea ex uno lapide sive ex pluribus compacta sit, in facta ab Artifice theca in medio aræ ex ea parte, quæ Synthronum respicit.*

Et:

Et: τούτων δὲ ψαλλομένων τὰ σεβάσμια λείψανα παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς ἀποτίθενται θήκην, εἴτε κατὰ τὸ ἔδαφος μεταξὺ τῶν πρὸς ἀνατολὰς κιόνων, εἴγε τὴν τράπεζαν ἐρείδουσι κίονες, εἴτε βωμοῦ ταύτην βαστάζοντος κατὰ τὸ μέσον αὐτοῦ μέρος τὸ πρὸς τὸ σύνθρονον. *Hæc dum canuntur, venerandæ reliquiæ ab Antiſtite in præparatam illis thecam reponuntur, ſive in pavimento inter columnas, quæ ortum reſpiciunt, dum modo altare columnæ ſuſtineant; ſi vero ara eſt, quæ illud tenet, in media illius parte, quæ ad Synthronum vergit.* Sane non potuit aptius Synthroni locus delineari, quod ad differentiam alterius Synthroni, quod extra Bema eſt, ἱερὸν σύνθρονον, *ſacrum ſynthronum* nuncupatur. Et nota obiter altarium Græcorum accuratiſſimam delineationem. Tabula lapidea eſt, quatuor in angulis, columnis, aliquando etiam una, ſed media, innixa, adeo ut omnia, quæ ſub ea ſunt, omnibus aperta ſint, atque obvia: aliquando ſolida baſi, vel lapidea, vel lateritia, vel cœmentitia, ſuffulta. Cum altare columnatum eſt, thecæ in pavimento reliquias Sanctorum recipiunt: cum ſolidum, in baſi ipſa orificium, quod deinceps clauſum non facile ob continuitatem ædificationis dignoſcitur; & hoc in poſtica altaris parte, quæ orientem reſpicit, nempe, quæ adverſa ſynthrono eſt, vel inter columnas ad orientem præparatur. aliæ namque duæ ad occidentem vertuntur, & templum.

IX. In ſanctum Synthronum poſt conſecrationem Epiſcopi deferuntur, ut in eo veluti in majeſtatis throno ſedentes, ſuæ auctoritatis ſe compotes eſſe factos cognoſcant. Euchologium: εἶτα τὸν χειροτονηθέντα ἀσπάζεται ὁ χειροτονήσας καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, καὶ τῆς συνήθους εὐφημίας τελουμένης ἀνέρχονται εἰς τὸ σύνθρονον, καὶ καθεζόμενος πρῶτος ὁ χειροτονηθεὶς εἰρήνην δίδει εἰς τὸν ἀπόστολον. *Poſtea conſecratum circumplectitur ordinans, & reliqui Epiſcopi, & dum conſueta acclamatio fit, aſcendunt in ſynthronum; & primum ſedens ordinatus poſt Apoſtoli lectionem pacem dicit.* Ignatius Diaconus in vita ſancti Nicephori Patriarchæ: τῆς οὖν ἱερᾶς τελετῆς ἐπιπνοίᾳ θείᾳ τὴν περαίωσιν εἰληφυίας ὁ λαὸς τὸν ἄξιος ἐπὶ τῷ ἀξίῳ καὶ ἀξίαν φωνὴν τρισσῶς ἀπεκρίνατο. ἔνθεν ἐπὶ τὴν ἱερὰν τοῦ θρόνου περιωπὴν, ὡς ἐπί τινα σκοπιὰν ὑπερτάτην, ἣν καὶ θείαν φυλακὴν ὁ θαυμάσιος Ἀμβακοὺμ νοερῶς ὑπεμήνυεν, ἀναβὰς. καὶ τῷ λαῷ παντὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἐπιφθεγξάμενος ἀγαθὸν, καὶ ἀντιλαβὼν, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τῆς θείας ἱεροθυσίας αὐτουργὸς αὐτὸς ἀπεδείκνυτο. *Cum itaque ſacroſanctum ſacrificium*

nutu divino exitum habuiſſet, populus, Dignus de digno, digna acclamatione ter reſpondiſſet : hinc ille ad ſacrum Throni faſtigium, tanquam in ſpeculam ſublimiſſimam, quam & divinam cuſtodiam admirandus Abbacuc ſpirituali modo innuebat, aſcendens, atque univerſo populo bonum pacis proferens, atque accipiens, reliqua divini & ſacroſancti ſacrificii, veluti primas, ex ſeipſo proſequebatur. Id ἐνθρονίζεσθαι dixit Clemens in Conſtit. lib. VIII, cap. V: καὶ τῇ ἕωθεν ἐνθρονιζέσθω εἰς τὸν αὐτοῦ διαφέροντα τόπον παρὰ τῶν αὐτῶν ἐπισκόπων, πάντων αὐτῶν φιλησάντων τῷ ἐν κυρίῳ φιλήματι. *Et mane in ſolio ſuo à reliquis epiſcopis collocetur, cunctis eum in Domino oſculantibus.* Epiphanius Monachus, de locis Syriæ : πλησίον δὲ αὐτῆς ἐστι τὸ πατριαρχεῖον, κάτωθεν τοῦ πατριαρχείου ἐστὶν ἐκκλησία ἀνενθρονίαστος, ἡ μέλλουσα ἐνθρονίζεσθαι ὑπὸ συνόδου εἰς τὸν διωγμὸν τῶν σαρακηνῶν. *Prope vero hanc Patriarchium ſitum eſt, & infra Patriarchium eſt Eccleſia, Throno deſtituta, at quæ mox ornanda erat Throno à Concilio in perſecutione Saracenorum, vel poſt expulſos Saracenos.* De eodem etiam intellexit idem Clemens Conſtit. lib. II, cap. LVII. κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος, παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον, καὶ οἱ διάκονοι παρεστάσθωσαν εὐσταλεῖς τῆς πλείονος ἐσθῆτος. ἐοίκασι γὰρ ναύταις, καὶ τοιχάρχοις. προνοίᾳ δὲ τούτων εἰς τὸ ἕτερον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ εὐταξίας. *Sit ſolium epiſcopi in medio poſitum, & ex utroque ejus latere ſedeant Preſbyteri, & aſſiſtent Diaconi ſuccincti, & expediti, ſine multa veſte ; ſunt enim illi ſimiles nautis, & illis, qui muris cuſtodiendis præſunt. Sit autem horum cura, ut Laici in altera parte, ordine, & decore, & quiete ſedeant.* Et de ſacro Synthrono ſermonem eſſe, vel inde colligo, quod inter Paſtophoria, quæ in Sacrario locum habebant, reponeretur. Quare cum inter præcipua dignitatum honorumque ornamenta thronus iſte, & in eo ſeſſio, reputetur, factum eſt, ut, quemadmodum à Bemate ſacris ordinibus cohoneſtati, quod ibi ſibi ſolis manſionem vindicant, nomen habent, ita & à Throno, dignitatis ſummo faſtigio, præcipua in eccleſia dignitas appellaretur, nec alio melius exprimeretur. Hinc Thronus Conſtantinopolitanus, Thronus Hieroſolymitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & alii. Auctor vitæ Theocleti, Lacedæmoniorum Epiſcopi : εἵπετο τοῖς καλοῦσι, καὶ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐλθών, καὶ τῷ θείῳ τελεσθεὶς χρίσματι τῷ θρόνῳ τῆς λακεδαίμονος ἀποδίδοται. *Sequebatur vocantes, & in eccleſiam adveniens, ſacraque unctione perfectus,*

fectus, Lacedæmonis Throno conceditur. Et : ἐπιβῆναι τοῦ θρόνου, δράξασθαι τοῦ θρόνου, τὸν θρόνον ἐγχειρισθῆναι, & innumera alia. Legi etiam opuſculum Nili Doxapatræ, περὶ τῶν πέντε πατριαρχικῶν θρόνων.

X. Hæc habui, Vir clariſſime, quæ ſecundo ad te de Templis recentioribus Græcorum ſcriberē, & dubiis propoſitis reſponderem. Tuo ſtudio rectiſſimo atque optimo, & auctoritati, obſecutus ſum ; obſecuturus etiam in poſterum , ſi quid mandare volueris. Illudque tibi ante omnia habeto , nihil mihi unquam laborioſum futurum, quod à te fuerit imperatum. Vale ; & me, ut facis, ama. Romæ, v Kal. Octobr. CIↃ IↃC XLIII.

LEONIS ALLATII,

DE

NARTHECE ECCLESIÆ VETERIS,

EPISTOLA.

Clariſſimo & Eruditiſſimo Viro,

GASPARI DE SIMEONIBVS.

I. TAntum debere me tibi exiſtimo, Vir clariſſime, quantum nec perſolvere quidem facile eſt. Interim, ut verum fatear, plurimum tibi ſemper debere volui, nedum ut unquam mei debiti rationem voluerim eſſe perſolutam: cum enim referendæ gratiæ facultas non eſſet, majoribus tuis beneficiis ſemper me magis ac magis obſtrinxi; ut jam in ære tuo plane ſim. Attamen non potero non profiteri, quod debeam; quemadmodum nec tu poteris non tibi me obnoxium facere, & aliquo ſemper beneficio devincire. Videras inter meas chartulas, quæ de Narthecis recentioris uſu ex variis ſcriptorum monumentis collegeram: examinaſti ſingula, ponderaſti; &, quo felicius nihil mihi accidere potuit, approbaſti. An de Narthece veterum eadem mihi eſſet ſententia, ſedulo percontatus es: multa enim de eo apud ſcriptores minus recte prolata judicabas; cum nihil de eo certi inter eos conſtaret, ſed modo affirmarent, modo negarent, & pleraque de eo traderent, quæ nec veritati conſona, nec rei appoſita videbantur. Quomodo enim Narthex intra & extra eccleſiam eſſe potuit? quomodo virorum & mulierum ſedes? quomodo Monachorum, & Pœnitentium? quomodo fidelium, & Catechumenorum? & alia, in quibus referendis ſcriptores etiam ſibimet ipſis adverſantur: adeo ut pars eccleſiæ non

non contemnenda, illiusque cognitio, tantorum auctorum dissidiis non vilesceret modo, sed prorsus abolita deperderetur. At vero, mi Gaspar, cur ipse non exples, quod à me efflagitas? An non & accuratior rerum cognitio, & vetustorum monumentorum dicta promptiora, & facundior calamus, & dicendi prudentior ac vehementior ratio, tibi suppetunt? Ne quæso imperio isto tuo ingenuitati meæ, qua semper doctrinã & eloquentiã tuam admiratione prosecutus sum, detrahas. Quod potes ipse facilius, ne id mihi, imperando, operosius, si quid unquam operosi ex te Leoni contingere potest, facias. Promito per te arcanos illos antiquæ atq; ecclesiasticæ eruditionis thesauros, edocetoque me, quem vis aliorum esse doctorem. Sed magnam Gasparis in me meaque omnia facultatem! Iubet, obedio; spe, qua jubet ille, nisus. quare & fortunatissima mihi omnia polliceor; & ardua præruptaque, multo, quam aliis, decliviora & faciliora.

II. Cum itaque de Narthece à nobis alio loco disputatum sit, (da tu modo veniam,) quæ ipse de novo meditor, licet non subtiliter, prosequar. Narthecem, ecclesiæ partem esse, & intra Ecclesiam, nemini dubium fuerit, si, quidquid Deo dicatur & consecratur, ut Dominicum est, licet sub ecclesiæ nomine non veniat, ita & ecclesia esse intelligatur; modo antiquorum scripta plumbeis oculis non viderit. Balsamon in Can. LXXIV. Trullan. πᾶς τόπος τῷ κυρίῳ ἀναθεμένος, κυριακὸς λέγεται, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστὶν, ἀλλὰ πρόναος τυχὸν, ἢ ἕτερόν τι ἱερόν. *Omnis locus, Domino consecratus, Dominicus dicitur, etiam si non est ecclesia, sed templi vestibulum, vel aliquid aliud sacrum.* Quidquid Hervetus somniet. Cum enim eodem cum ecclesiæ ambitu circumsepiatur, eodem cum ea solo consistat, & tecto tegatur, &, licet personis variis, in eundem tamen Dei cultum inserviat; non videtur à ratione alienum, sub ecclesiæ nomine innotescere. Verum, si ad personas, quibus inservit, te referas, & cogitatione primam illius institutionem complectaris, ecclesia non est, extraq; eam sibi sedem vindicare, nec incogitanter dixeris. Idque ut penitius introspicias, velim memoria recolas, Christi fidelium cœtum in tria præcipue genera dispartitum olim fuisse. Primi erant, qui sacra pertractabant, pertractandaque aliis committebant; & eorum Ministri, quorum id muneris erat, ut eos intel-

ligerent, dignitatem & decus rerum ſacrarum ſuſtinerent, ſervandas leges, ac jura præſcripta, quando ea fidei ſuæ commiſſa erant, cæteris indicare. Secundo loco erant, qui Chriſto nomina dederant, & cum primis, dum ſacra peragebantur, preceſque effundebantur, intererant, ſacrorum munerum, corporis nempe & ſanguinis Chriſti, participatione felices, licet nuptiis obſtringerentur, aliis Reipublicæ propriiſque negotiis ſecularibus implicarentur. Sequebantur hos poſtremo reliqui Chriſtiani, qui vel fidem Chriſti antea ejuraverant, vel ea in ſe admiſerant, quæ Chriſtianum hominem dedecerent, revocati tamen à flagitio, & in viam redeuntes, cum pœniteret delictorum, effuſis lacrymis, aſſiduiſque precibus, quibus etiam fidelium piorum auxilia præſto erant, Deum ſibi conciliare, & propitium reddere conabantur: cum his una collocabantur ii, qui, animo addicti Chriſto, antequam ſacro Baptiſmo abluerentur, Chriſtiana fide præceptiſque imbuebantur, & Catechumeni dicebantur: nec longe erant Energumeni. Primis τελειωτικοῖς, *Perficientibus*; ſecundis τελουμένοις, *Perfectionem acquirentibus*; tertiis, καθαιρομένοις, *Expurgationi obnoxiis*, nomen erat. Hinc etiam factum eſt, ut ex his tribus fidelium ordinibus tres quoque in ſacris ædibus partes præcipuæ conſtitutæ fuerint, ne perſonarum gradus confunderentur, &, perturbatione ordinis, res ipſa eccleſiaſtica atque dignitas perturbaretur. Primis, ut ſacris, ſacratior ædis pars, adyta nempe ipſa & ſacrarium, ad munia obeunda, aſſignata; quam velis & cancellis à reliqua ſacræ ædis parte ſecluſerunt, ut majeſtate & latebris abſconditis veneratior eſſet, & res, quæ intus peragebantur, occulerentur. Secundis, proxima ædis pars, quæ proprie templum, & eccleſia, & nonnullis etiam chorus dici meruit, novis cancellis obſtructa; in qua Chriſti fideles ſacris intererant, & ab Antiſtitibus ſuis per miniſtros ad ſacrarum illuminationum conſortia, cæleſtiſque menſæ participationem, ducebantur. Tertiis, quod reliquum eſt ædis, aſſignatum eſt; ut in ea prius depurgati, ad reliquorum poſtmodum fidelium ſocietatem introducerentur. Loco nomen eſt Narthex, non aliis cancellis, ſed ejuſdem ædis parietibus, circumcluſus. Eſt ergo in eccleſia Narthex, quando iiſdem, quibus & eccleſia, muris circumſcribitur: eſt & extra eccleſiam, quando piis fidelibus eccleſia pateat; nec in ea infideles,

deles, neque ſcelerati, antequam illi fidem accipiant, hi ſcelera pœnitentia deponant, locum habeant: licet extra eccleſiæ reliquæ muros non collocetur. Totum hoc continens Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. III, vocavit θείαν περιοχήν. μετὰ δὲ ταύτας ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι. *Poſt earum lectionem, extra ſacrum ambitum fiunt Catechumeni.* Et: ἐπὶ πᾶσαν ἔρχεται τοῦ ἱεροῦ χώρου περιοχήν. *Ad omnem excurrit divini loci ambitum.* ἱεροὺς χώρους, cap. VII. μόνοι δὲ τῶν ἱερῶν ἐκβάλλονται χώρων οἱ κατηχούμενοι. *Solique extra ſacra loca pelluntur Catechumeni.* Balſamon in Baſilii Magni Can. XXXIV, θείους περιβόλους. ὁ γὰρ ὁρῶν αὐτὴν ἔξω τῶν θείων περιβόλων τῆς ἐκκλησίας ἱσταμένην. *Qui enim eam videt extra divinos eccleſiæ ambitus ſtantem.* Auctor vitæ Theodori Studitæ: Ἰωσὴφ ἐκεῖνος ὁ πρεσβύτερος, ὁ καὶ τολμηρᾷ γνώμῃ τὰ ἀτόλμητα δράσας τῶν θείων ἐξωθεῖται περιβόλων, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἱερέων ἐκβάλλεται. *Ioſephus ille ſacerdos, qui mente audaci, ea, quæ non auderi poterant, executus, divinis eccleſiæ ambitibus & albo ſacerdotum ejicitur.* Et: ἀλλ' ἅμα ὁ τούτου συναπιστὴς ἀπεβίου, ἅμα καὶ οὗτος τὴν ἱερωσύνην ἀφῄρητο, καὶ τῶν θείων ἀπελήλαται περιβόλων, αἰσχροτέραν, ἢ πρόσθεν, τὴν ἔκπτωσιν ὑποστάς. *Sed ſtatim atque illius protector vita functus eſt, ſacerdotio privatur, & divinis ambitibus deturbatur; ignominioſiorem, quam prius, ejectionem ſubiens.* περιβόλαιον τῆς ἐκκλησίας, Alexius Ariſtenus in Can. XXI Ancyranum: δύο μὲν ἔτη ἔξω τοῦ περιβολαίου τῆς ἐκκλησίας ἱστάμεναι. Et: ἄλλην δὲ τετραετίαν ἐντὸς τοῦ περιβολαίου τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ἄμβωνος. *Duos quidem annos extra eccleſiæ ambitum ſtantes.* Et: *quatuor alios annos intra eccleſiæ ambitum in poſtica Ambonis parte.* ἱεροὺς περιβόλους, Zonaras: ὥσπερ ἔξω τῶν ἱερῶν περιβόλων ἑστάναι καὶ προσκλαίειν. *Vt extra ſacros ambitus in ſtatione Flentium conſiſtant.* Et Alexius Ariſtenus in Can. LXXV Trullanum: οὐ χρὴ ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖον συνιστᾶν. *Non eſt intra divinos ambitus inſtituenda caupona.* Divinus quoque Dionyſius cap. VII, non tantum Bema ipſum, & Naon; ſed & Narthecem ἱερεῖον nuncupavit. συναγαγὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορόν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου κατακλίνας αὐτὸν ἀπάρχεται τῆς πρὸς θεὸν εὐχῆς, καὶ εὐχαριστίας. εἰ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως. *Convocato ſacro choro divinus Antiſtes, ſi is, qui exceſſit è vita, erat ordinis ſacerdotum, cum ante ſanctum ſanctuarium eum poſuit,*

Deum precari incipit, eique agere gratias. Sin autem sacris Monachis sanctove populo annumeratus erat, eum ad veneratione dignum Hieratium collocat, ante sacrum introitum. Vnde colligitur manifestissimo argumento, Areopagitam, Narthecem ipsum Hieratium vocasse. Nam cum duos ponat demortuorum ordines, alterum sacrorum, qui nempe sacris ordinibus sunt initiati, & Bemati serviunt, alterum fidelium; tradit, sacris ordinibus imbutos ante sanctuarium collocari debere, fideles in pretiosum Hieratium reponendos esse. Quare hæc duo loca diversa cum sint, nec in eis includatur sanctuarium, cum nulli cadaveri sanctuarium pateat, necesse fuerit, viros sacros in Nao ante sanctuarium, fideles in Hieratio, tanquam minus honorato loco, constituendos: sed præter Naon & sanctuarium, nullus est locus reliquus in ecclesia, quam Narthex: ergo Dionysius sub Hieratii nomine Narthecem expressit. Et nota; sicut Sacerdos antè divinum sanctuarium, ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ita & fidelis ante sacrum ingressum, περὶ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως, ante scilicet portas speciosas, deponitur. Et hac etiam ætate in Monasteriis Monachi idiotæ, & nullo ex sacris ordinibus insigniti, quemadmodum & reliqui fideles, extra Naon in Narthece ante speciosas portas, dum officia peraguntur, jacent, indeque postea ad cœmeteria delati, sepulturæ mandantur, ut alibi observavimus. Vidit id optime adnotavitque non infimæ eruditionis vir Pachymeres, qui verba Dionysii in Paraphrasi ita reddidit: ὁ δὲ δεχόμενος ἐκτελεῖ ἐπὶ τούτῳ τὰ ὅσια, συναγαγὼν τὸν κλῆρον ὁ ἱεράρχης, εἰ μὲν τῶν ἱερωμένων ἐστὶν ὁ κεκοιμημένος, ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου κατακλίνας, τῶν εὐχῶν καὶ τῆς εὐχαριστίας ἀπάρχεται· εἰ δὲ μοναχός ἐστιν, ἢ πιστὸς ἐκ τοῦ ἱεροῦ λαοῦ παρὰ τὸν Νάρθηκα κατακλίνει. τὸ δὲ περὶ τῆς ἱερατικῆς εἰσελεύσεως δηλοῖ ὅτι ἐπίπροσθεν τῶν ψαλλόντων ὀφείλει κεῖσθαι. *Ille accipiens, super eo justa persolvit congregato clero Antistes, si sacris ordinibus initiatus est, qui obiit, ante divinum sanctuarium declinat, & preces ac gratiarum actiones exorditur; si Monachus est, aut è sacro populo fidelis, in Narthece declinat. Illud vero, ante sacrum ingressum, significat, quod coram psallentibus jacere debeat.* Quod tamen de Psallentibus ait, novum est; licet etiam nunc una cum defuncti corpore in Narthece, qui officia peragunt, degant, & corpus veluti corona obvallent. Sed quid εἰσελεύσει & Cantoribus commune? Alii pleraque in Dionysium congerunt, sed præter rem; quibus referen-

ferendis non hîc tempus inſumam; adeo manifeſte in forma eccleſiæ, illiuſque partium, conſtituenda deerrant. Videant etiam, quam recte ſenſerint, qui nomen Hieratii ad Bema tantummodo & ſanctuarium referunt, ab eoque reliquas eccleſiæ partes ſecludunt, cum, ex verbis Dionyſii, Nartheci etiam ipſi accommodetur. Quamvis enim id ex nonnullorum Patrum auctoritatibus ſtabilire conentur, nihil tamen ex opinione concludunt. Bema Hieration vocavit neſcio quis; eſto. ergone propterea Hieratium ſanctuarium tantum ſignabit? Chorus etiam & Naos Hieration dictum eſt; ideone ſolummodo Hieratii nomine chorus in eccleſia ſignificabitur, nec quicquam aliud Hieration erit, quam chorus? Et tamen, iiſdem aſſerentibus, Hieration quoque ſanctuarium eſt. Et demum Narthex Hieratium à Dionyſio dicitur; & nihilominus maxime deerraret, qui Hieratium Narthecem tantum notare diceret. Partes etiam reliquæ Ædium ſacrarum Hieratia ſunt, ideoque Hieratii nomine appellantur. Et videſis divinam Dionyſii mentem. Cum, ſacris ordinibus initiatis, fidelium piorum locum ante ſanctuarium tribuiſſet, ne videretur fideles alios, vita functos, in locum, qui, dum illi viverent, impiis patebat, dejicere, quod illi non ſine cauſa turbato animo ægre tuliſſent, (indignum enim videbatur, inter Pœnitentes & Catechumenos ex loco ſacro, quem ſibi viventes optimo vitæ inſtituto conſervarant, mortuos projici,) ut mentis caliginem depelleret, & dejectum animum aliquo ſubſidio ſublevaret, locum vocavit Hieratium, non minus aliis eccleſiæ partibus ſanctum, cujus dignitati nec Catechumeni, nec Pœnitentes, nec alii peſſimæ ſortis homines, vel minimæ noxæ eſſe potuerunt; ideoque *τίμιον*, *venerandum*, adjunxit. Memini, me alias Hieratii nomen, ab aliis ſacrarum ſedium partibus ſejunctum, tantummodo Bemati aſcripſiſſe: ſed tum de Hieratio Euchologii, & recentiorum Græcorum, verba feci. At nunc Hieratium ſacroſanctæ antiquitatis, utut illud fuerit, ex Dionyſii verbis expreſſi. Balſamon quoque de differentia horum locorum in Can. LXXIV Trullanum: *ὥστε διαφορά ἐστιν ἐκκλησιῶν, καὶ προνάων, καὶ ἄλλων κυριακῶν τόπων.* *Quamobrem eſt differentia inter eccleſias, & Pronaos, & alia loca Dominica.* E quibus colligitur, quam maxime errent, qui, Pronaos Porticus eſſe, contendunt.

III. Vidimus itaque, quomodo Narthex intra & extra eccleſiam

clesiam ſit, & quanam ratione ſcriptores illi intelligendi, qui modo Narthecem intra eccleſiam, modo extra eccleſiam ponunt; & quam graviter fallantur illi, qui alia atque alia de Narthece proferunt. Vt reliquos omittam, primus ſit Balſamon, in Can. XII Concilii Niceni primi, de Transfugis à fide: οὗτοι δεχθήσονται, ὀφείλοντες τρία μὲν ἔτη ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. μετὰ δὲ ταῦτα συνεύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν. πάντως δὲ τῶν ἁγιασμάτων οὐκ ἀξιωθῶσιν εἰμὴ διετία παρέλθῃ. *Recipientur, debentes tribus quidem annis extra eccleſiam ſtare poſt Ambonem, & cum Catechumenis exire, poſtea autem una cum fidelibus orare: ſacramentis autem omnino digni non habeantur, niſi biennium præterierit.* quicquid dicat interpres; qui ſane, ſi Balſamonis verba inania non ſunt, nihil ad rem dicit, & mera ſomnia vendit. Quomodo enim, qui extra eccleſiam commorantur, poſt Ambonem ſtare poterunt, qui intra eccleſiam eſt? &, ſi Ambo intra eccleſiam eſt, ut vere eſt, quomodo, qui extra eccleſiam ſunt, poſt Ambonem ſtabunt? &, ſi jam extra eccleſiam ſunt, quomodo cum Catechumenis exibunt? Qui intus non eſt, egredi non poteſt. In Narthece nullus Ambo eſt; quomodo ergo poſſunt poſt Ambonem ſtare, qui in Narthece ſubſiſtunt? Heinſius in Exercit. ſacris, ad cap. XXVII Actorum, ſcribit, Narthecem, *quod jam non ignorent eruditi, porticum eſſe, in qua conſiſtebant, quibus audire tantum permittebatur, qui Pœnitentes ordinis ſecundi erant.* Quod de Pœnitentibus ait, verum eſt; at ſane ignorant eruditi, quiſnam ſit νάρθηξ, qui eum porticum eſſe fatentur. Narthex in ambitu eccleſiæ, porticus extra ambitum eſt, & à reliquis ſacrarum ædium partibus ſeparatur; & ἔμβολος proprie eſt, in qua, ut infra oſtendetur, ἀκροώμενοι, *Audientes*, nullo modo ſtare poterant. Quomodo enim, qui extra eccleſiam eſt, & muris illius excluditur, audire poterit ea, quæ in eccleſia leguntur, licet etiam ad ipſam portam acceſſerit, ſi modo eccleſia grandior ſit, & multitudine hominum conſtipata? Cui ſufficit oppoſuiſſe Gregorium Thaumaturgum; in epiſt. de his, qui idolothyta comederunt, aſſerit is, *auditionis* locum intra portam fuiſſe, & eo in loco, qui Narthex vocabatur: ergo & Narthex, & Auditio, quæ intra portam collocabantur, porticus eſſe non poterant, cum porticus extra portam ſit, nec intra eccleſiam concludatur. Dionyſius Areopagita, de eccleſ. Hie-

rarch.

rarch. cap. III, refert, librorum ſacrorum lectione peracta, foras à ſacro ambitu Pœnitentes, Energumenos, & Catechumenos trudi; ergo Audientes, qui Pœnitentes ſunt ſecundi ordinis, intra eccleſiæ ambitum ſunt, in Narthece nempe; ex quo pelluntur, tanquam rerum ſacrarum participatione indigni: quod de Porticu nemo eruditus dixerit. καὶ μετὰ ταύτας ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. μένουσι δὲ οἱ τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Poſtmodum extra templi ambitum abeunt Catechumeni, & una cum eis Energumeni, atque ii, quos anteactæ vitæ pœnitet. manent autem ii, qui divinarum rerum & aſpectu digni ſunt & communione.*

IV. Sed quiſnam uſus Narthecis fuit? Hoc ævo per univerſam Græciam, in Monaſteriis, ubi Narthex à reliquis eccleſiæ partibus ſeparatur, & mulieribus ingreſſus prohibetur, Monachis idiotis, nullo ſacro ordine initiatis, dum ſacra officia celebrantur, ſedes eſt; in civitate, mulieribus, ut, ab hominibus diſcretæ, ſupplicationibus operam dent, & ſacra audiant, conceditur. Et, qui prius Narthex fuerat, nunc, ita ferente tempore, Γυναικωνῖτις, *Gynæceium*, factum eſt. Quod non adeo recens eſt: nam Balſamon, in Can. II Dionyſii Alexandrini, narrat, ſuo tempore, & maxime in Mulierum Monaſteriis, mulieres, quæ profluvio menſtruo laborabant, ſecure ſtetiſſe in Pronais, qui ſanctis omnis generis imaginibus exornantur, & ad gloriam Dei deputantur; &, cum interrogarentur, quomodo id facerent, reſpondebant, ſe non eſſe in eccleſia. Quod illi non arridet. οὐ γάρ εἰσιν οἱ πρόναοι κοινοὶ ὡς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προαύλια, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν ἀπονεμηθὲν ταῖς γυναιξὶ ταῖς μὴ κωλυομέναις ἐκκλησιάζειν. ὃς δὲ πρόναος, τόπος ἐστὶ δευτέρας μετανοίας, ὁ τῶν ἀκροωμένων λεγόμενος. καὶ ἐν αὐτῷ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἱστᾶσθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν. ἔδει γοῦν τοὺς τοιούτους προναοὺς, εἰς οὓς αἱ τοιαῦται ἀκάθαρτοι γυναῖκες ἔμελλον ἱστᾶσθαι μὴ ἀναπληροῦν τόπον ἐκκλησιῶν ἐξ ὀρθοῦ, ὥστε καὶ ἱερεῖς μετὰ τῶν θείων ἁγιασμάτων διέρχεσθαι κατὰ τὸν χερουβικὸν ὕμνον, καὶ θυμιᾷν τοὺς ἐν τούτῳ ἴσως ὄντας τάφους, ἢ ἁγίους, καὶ τελευτὰς ἁγίων εὐχῶν ποιεῖν. ἢ καὶ μετὰ ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς τοὺς τοιούτους τόπους ἀφορίζεσθαι, ὥστε ἀπαρεμποδίστως ἱστᾶσθαι ἐν αὐτοῖς τὰς ἀκαθάρτους γυναῖκας. ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ τοιαύτην γυναῖκα ἐπὶ προναοῦ ἑστῶσαν, καὶ εὐχὴν ἀρραβῶνος παρὰ ἀρχιερέως δεξαμένην. *Non ſunt ergo Pronai communes, ut eccleſiarum atria, ſed pars ſunt ipſarum, mulie-*

Mulieribus attributa, quæ in ecclesia versari non prohibentur. Qui quidem Pronaus est locus Pœnitentiæ, qui dicitur Audientium; & in ipso ne viris quidem iis stare permittitur, quibus imposita est pœna, ne in ecclesia versentur, sed extra ipsum deflere. Oportet ergo ejusmodi loca, in quibus stabunt ejusmodi immundæ mulieres, ecclesiarum locum directo non implere, ut etiam sacerdotes cum divinis Sacramentis, in Cherubico hymno transeant, & sepulchra, quæ ibi forte sunt, suffiant, & sanctos, & sacrarum precum mysteria peragant: vel etiam cum episcopali permissione, ejusmodi loca separare, ut immundæ mulieres intus sine præjudicio stare possint. Ego autem vidi etiam ejusmodi mulierem in Pronao stantem, & arrhæ orationem ab Antistite accipientem: quod quidem sum admiratus. An post Balsamonis objecta provisum fuerit, vel ab aliis ecclesiis, in quibus aliter fiebat, in reliquas ecclesias usus irrepserit, mihi sane ignotum est. Nunc per Narthecem, in quo mulieres stant, neque sacerdotes cum sacris, cum Cherubicus hymnus canitur, transeunt, neq; sacrarum precum mysteria peragunt. Quare nulla ratione mulieres, quæ naturali purgatione detinentur, ab eo loco pellendæ sunt. Hinc arguitur, si ita affectæ mulieres in Pronao collocabantur, multo magis inibi reliquas collocari, à tali immunditie immunes. Sed de loco Mulierum in ecclesia, cum Narthex aliorum exercitio inserviret, alius erit differendi locus.

V. Iosephus Vicecomes, de antiquis Missæ ritibus lib. II, cap. XXVIII, dum Monachorum in ecclesia locum perquirit, somniat, in ecclesia antiquitus, præter chorum, ubi Episcopi cum reliquis Clericis Missarum solemnia, Deique laudes, alternabant, fuisse alium locum, paulo inferiorem, sed tamen vulgari cæterorum statione sublimiorem, veluti odæum, in quo nonnulli in dignitate constituti morabantur; & in eo Monachos etiam constitisse. Cum enim, inquit, Monachi neque in Clericorum albo essent, tanquam inferioris dignationis, neque inter Laicos numerarentur, uti præstantiores; necesse fuit, ut inter Clericos & Laicos medii collocarentur. Illud de eminentiore vel depressiore pro Monachis loco, nugæ sunt, non, nisi à nescientibus Græcarum ecclesiarum modulum, effutiendæ. Monachos inter Clericos & Laicos sedem habuisse, verum est. At quænam sedes ipsa fuit? Vicecomes dicit, eam fuisse extra chorum, prope Cancellos; idque ex Basilii Magni homil. II, de

jejunio colligit. *Iejunantem, ait ille, inter sacrorum cancellos recipit Dominus ; at luxu crapulaque plenum, veluti profanum, & à sacris alienum, nequaquam admittit.* Dicit, Basilium cancellorum nomine intelligere non eos, qui Choro, propria Clericorum statione, circundati erant, sed quibus proximus choro locus à reliquis sejungebatur. Sic Monachi clericis de loci dignitate concederent, & subsellii gradu Laicis antestarent. Ergo Monachi, qui, cancellis separati, proximo chori loco commorabantur, in Narthece locum habebant : is enim locus à choro per cancellos discriminatur. Idque ut clarius videas, illud animo revolvendum est, vela, seu cancellos in ecclesia duos tantummodo fuisse ; primos, qui Sanctuarium separabant à Templo, vel Nao, vel choro ; alios, qui templum à Narthece. & frustra plures conquisiveris. Ergo qui post cancellos, chorum concludentes, stant, in Narthece locum habere dicentur. At qui in Narthece locum habet, quomodo Laicis fidelibus, qui in choro constituuntur, subsellii gradu antistat ? Narthex templo multis parasangis inferior est. Templum nonnisi sanctuario cedit. Verba Basilii nihil tale habent, cum cancelli illi, quorum ipse mentionem facit, cancelli sint sanctuarii, & *jejunantes* illi, quos dicunt pro Monachis accipi, quemlibet jejunio corpus suum castigantem insinuant ; quos tradit Basilius, neque à sacris cancellis arceri, neque à sacrorum participatione removeri ; ut solet fieri de illis, qui luxu crapulaque tumentes, à sacrorum communione repelluntur. Quare si jejunantes Monachi sunt, jam non post cancellos, qui chorum à reliquis sejungunt, locum habent ; sed post eos, qui sanctuarium separant à choro, apud quos vere Monachorum statio fuit, & non in Narthece : sic enim inter Laicos fideles, pie tamen viventes, neque ulla culpa contaminatos, quibus in Choro ipso, sive Templo, sive Nao, (idem enim hæc sunt,) locus erat, & sacris ministrantes, medii interfuissent, dignitate quidem altari deservientibus inferiores, at populo fideli superiores. Idque teste locupletissimo, ac certissimo, planum me facturum polliceor ; si quidem Dionysio Areopagita testis alius integrior, atque incorruptior haberi non potest. Is epistola ad Demophilum Therapeutam, scribit : καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς ἁπάντων μὲν ἐξῄρηται τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, πλησιάζει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ὁ τῶν ἱεροτελεστῶν διάκοσμος, εἶτα τῶν ἱερέων ἡ διακόσμησις. ἑπομένως δὲ τούτοις

ἡ τῶν

ἢ τῶν λειτουργῶν. τοῖς δὲ τετελεσμένοις θεραπευταῖς αἱ πύλαι τῶν ἀδύτων εἰσὶν ἀφωρισμέναι, καθ' ἃς καὶ τελοῦνται, καὶ παρεστᾶσιν οὐ πρὸς φυλακὴν αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τάξιν καὶ ἐπίγνωσιν ἑαυτῶν, μᾶλλον τῷ λαῷ παρὰ τοῦ ἱερατικοῦ πλησιάζοντες. *Neque enim sine ratione ab omnibus quidem exempta sunt sancta sanctorum ; proxime vero adeo accedit Pontificum ordo, deinde sacerdotum, tum secundum hos ministrorum. Iis autem, qui Monachi instituti sunt, valvæ adytorum præfiniuntur, ad quas & perfectionem acquirunt, & assistunt, non ut eas custodiant, sed ut agnoscant & se & ordinem suum ; propiusque ad populum, quam sacri ordinis homines, accedunt.* quidquid aliter verterit interpres. Vides hic, Monachos, extra cancellos chori, in Narthecem scilicet, inverso ecclesiasticæ Hierarchiæ ordine, non sine eorundem opprobrio, inter καθαιρομένους à Vicecomite conjectos, nunc in proprium locum ante portas sanctuarii restitutos. Quid sublimiora loca, & odæa, ad eos recipiendos effingimus ? Nec aliam fuisse Dionysii mentem, aperte mihi persuadeo ex paraphrasi Georgii Pachymeris, scriptoris, si unum schisma excipias, in aliis minime contemnendi : ἢ οὐχὶ μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ἱερατικῆς τάξεως σύμβολα ; ἵστανται γὰρ ἐν μὲν τῷ θυσιαστηρίῳ πρῶτον ἀρχιερεῖς, εἶτα ἱερεῖς, εἶτα πρὸς ταῖς πύλαις διάκονοι, ἔξωθεν δὲ τῶν πυλῶν οἱ θεραπευταὶ πρὸς αὐταῖς ἱστάμενοι, οὐ πρὸς φυλακὴν αὐτῶν δὴ τῶν πυλῶν. τοῦτο γὰρ τῶν πρὸς αὐταῖς ἐντὸς ἱσταμένων λειτουργῶν, δηλονότι διακόνων, καὶ ὑποδιακόνων ἐστίν. ἀλλὰ πρὸς τάξιν καὶ ἐπίγνωσιν ἑαυτῶν, ἵνα ἐπιγινώσκωσιν ἑαυτοὺς, ἧς τάξεως καὶ ἀξίας εἰσὶ, καὶ μὴ τῶν κρειττόνων κατεπείρωνται. μᾶλλον γὰρ τῷ λαῷ πλησιάζουσιν, ἢ ταῖς ἱερατικαῖς τάξεσιν. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπεικότως λέγει. ἀλλ' ὅτι οἱ μὲν ἱερωμένοι ἴδιον τόπον τὸ θεῖον θυσιαστήριον ἔχουσιν. οὐδὲ μοναχοὶ μετὰ τοῦ λαοῦ ἔξωθεν ἵστανται, εἰ καὶ τοῦ λαοῦ οἱ μοναχοὶ προεΐστανται. *An non testimonio etiam suo verbum meum symbola suffulciunt & corroborant sacri istius ordinis ? Adstant enim ipsi aræ proxime, Pontifices primum, deinde Sacerdotes, ad portas mox Diaconi : ab externa portarum parte, juxta tamen, Monachi consistunt, non quidem ad ipsarum custodiam, id enim muneris eos respicit, qui foribus adstant, sed introrsum, nempe Diaconos, aut Hypodiaconos ; verum propter ordinem, & cognitionem sui ipsorum : ut, inquam, internoscant, cujus sint & ordinis & dignitatis, neu, supra præstantiores se, insolescant ; magis enim accedunt ad populum, quam ad sacros ordines. atque hoc non abs re dicit, & quod sacris quidem initiati, peculiari prærogativa locum sibi vindicant, altari proximum:*

ximum: *Monachi vero extrorſum conſiſtunt una cum populo, etiamſi populo ſuperiores obtineant partes.* Et Simeon Theſſalonicenſis, Reſponſis ad Gabrielem Pentapolitanum Metropolitam, num. LXII: καὶ δῆλον ἀπὸ μοναχοῦ φίλου, ὃν θεραπευτὴν, ἤτοι μοναχὸν θεὸν θεραπεύοντα, ἢ θεοῦ θεράποντα καλεῖ Διονύσιος, καὶ μυστήριον ἐκδίδωσι μοναχικῆς τελειώσεως, καὶ τὴν τάξιν τούτου, εὐθὺς μετὰ τοὺς ἱερωμένους ἐστί. *Idque manifeſtum eſt à Monacho Demophilo, quem & Therapeutam, ſive Monachum, Deo inſervientem, aut Dei ſervum, Dionyſius nuncupat; & monaſticæ perfectionis myſterium exponit & illius ordinem, ſtatim poſt conſecratos locum habet.* Nec aliud nobis innuit Nazianzenus orat. XXXII, ad CL Epiſcopos, dum poſt ſacræ menſæ miniſtrantes, Nazaræos, qui Monachi ſunt, conſtituit.

VI. Si opponas Ioannis Moſchi auctoritatem cap. CXCVI, dicentis, eam fuiſſe in Eccleſia conſuetudinem, ut Pueri in Miſſis ante ſacrarium aſſiſterent, ideoque non debere in loco Puerorum Monachos reponi; reſpondemus, in hoc negotio majorem eſſe auctoritatem Dionyſii, quam Moſchi; vel, Dionyſiana conſuetudine abolita, tum, cum Monachorum ordo in immenſum excreverat, non partem eccleſiæ, ſed totam occupaſſe, & potiſſimũ in propriis Monaſteriis Nai ſibi ambitum vindicaſſe; pueris, ante ſanctuarii ſpatia, locum dediſſe. Verumtamen quid vetat, & Monachos ante ſanctuarii portas ſtare, & pueros in reliqua cancellorum parte, boreali videlicet, & latioribus ſpatiis immorari? Monachi enim, licet plures eſſent, cum veluti corona, ſervato ordine, aream portarum cingerent, cætera tabulati libera occupantibus relinquebantur; ideoque non videtur abſque ratione dici, eodem tempore pueros ante tabulatum ipſum, in altera tamen parte, collocatos. Certum vero in eccleſia pueros locum non habuiſſe, vel inde manifeſte colligitur, quod Auctor Conſtitut. Apoſtolic. lib. VIII, cap. XI, ad ſuggeſtum eos ponat: & ſuggeſtum, quamvis ante tabulatum ſanctuarii ſit, longe tamen ab eo diſtat; neque, quidquid ante tabulatum eſt, tabulato proximum dici debet. Verba Græca ſunt: τὰ δὲ παιδία στηκέτωσαν πρὸς τῷ βήματι, καὶ διάκονος αὐτοῖς ἕτερος ἔσω ἐφεστὼς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσιν. *Pueri ſtent apud Bema, & præſit eis alius Diaconus, ne immodeſte ſe gerant.* Quamvis enim Bema, & Sanctuarium, & locum editum, ſuggeſtum nempe, aut roſtra ſignificet; ego tamen pro loco illo editiore, & ambone, in quo lectiones

ſacrarum Scripturarum, & conciones haberi conſueverant, accipio; prope quem, veriſimile eſt, pueris locum fuiſſe aſſignatum.

VII. Habebat vero in Narthece, tertia eccleſiæ parte, locum infimus inter Chriſtianos ordo, qui καθαιρομένων, *ſeſe expurgantium*, appellabatur. illi ſcilicet, qui vel fidem Chriſtianam non recepiſſent, vel quod, etiamſi recepiſſent, novis contractis culpis, piaculares eſſent facti, vel à Dæmonibus obſeſſi, pacatam vivendi rationem, ſævis Dæmonum tempeſtatibus, amiſerant, eo tamen obſequio ducerentur, ut vel fidem amplecti vel culpas exoſos abjicere, vel à Dæmonum noxia liberari, ſubmiſſo animo, dolenteque corde perambirent. His, quoniam ſordibus expurgabantur, καθαιρομένοις nomen erat. Dionyſius Areopagita cap. VI: καθαιρομένη ἡ τάξις ἡ τῆς ἱερᾶς ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἀμέτοχος ὡς ἔτι καθαιρομένη. *Ordo vero, qui expiatur, eſt, qui ſancti aſpectus, & communionis, eſt expers, tamquam qui adhuc expiatur.* Locus illis in Narthece erat conſtitutus, ut ſacris, quibus tamen liceret, intereſſent, poſtmodum præconis voce dimiſſi, extra eccleſiæ portas ſe reciperent, facultaſque fieret piis Chriſtianis preces reliquas continuare, conſecrationi munerum intereſſe, tum demum corporis & ſanguinis Chriſti participes fieri. καθαιρομένων ergo, vel *ſe purgantium*, genera tria ſolummodo ex ſanctis Patribus novi; Catechumenorum, Energumenorum, Pœnitentium. Sic etiam abſolutiſſimo numero eccleſiaſtica Hierarchia fundabatur: primo τῶν τελειούντων, *perficientium*; ſecundo τῶν τελουμένων, *perfectionem acquirentium*; tertio καθαιρομένων, *ſeſe purgantium*. Perficientium, primus Hierarcha, ſecundus Presbyter, tertius Miniſter; Perfectionem acquirentium, primi Monachi, ſecundi pii fideles, tertii Pœnitentes conſiſtentes; ſeſe purgantium, primi Catechumeni, ſecundi Energumeni, tertii Pœnitentes: ut cæleſtis ac ſuperioris Hierarchiæ ordo, in inferiori iſta atque eccleſiaſtica, ad amuſſim, noveno iſto numero conſpiceretur expreſſus. Sed de his alias opportuniore loco. Nunc Narthecis accolas inviſamus; ordine prius inter eos conſtituto. In quo ſane, ſi verba Dionyſii conſiderentur, videtur, primus Catechumenis locus tribuendus, ſecundus Energumenis, tertius Pœnitentibus; eodem enim ſemper ordine numerantur. Cap. III: καὶ μετὰ ταύτας ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ

κατη-

κατηχȣ́μενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργȣ́μενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. μένȣσι δὲ οἱ τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Ea recitata, extra Templi ambitum collocantur Catechumeni, & post eos Energumeni, atque ii, quos anteactæ vitæ pœnitet. manent autem ii, qui divinarum rerum & aspectu digni sunt & communione.* Et infra: τοὺς δὲ κατηχȣμένȣς, ἐνεργȣμένȣς τε καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας, ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς, ἐφίησι μὲν ἐπακȣ́σαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέȣ τῶν πανιέρων γραφῶν ἀναγνώσεως. εἰς δὲ τὰς ἑξῆς ἱερȣργίας καὶ θεωρίας ȣ̓ συγκαλεῖται τȣ́τȣς, ἀλλὰ τοὺς τελείȣς τῶν τελεσιȣργῶν ὀφθαλμȣ́ς. *Catechumenos autem, & Energumenos, quique in Pœnitentia sunt, sanctæ Hierarchiæ mos patitur quidem audire sacram Psalmorum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem; ad sacra autem opera, quæ deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos integrorum oculos.* Cap. IV: ἐπίσης δὲ πάλιν αἱ τῶν λογίων ᾠδαὶ, καὶ ἀναγνώσεις, τοὺς μὲν ἀτελέσȣς μαιεύονται πρὸς ζωηφόρον υἱοθεσίαν, ἐπιστροφὴν δὲ ἱερὰν ποιȣ̃νται τῶν ἐναγῶς ἐνεργȣμένων. ἀφαιρȣ̃σι δὲ τὴν ἐναντίαν πτοίαν καὶ θέλξιν ἐκ τῶν ἀνάνδρως ἐνεργȣμένων, τὸ τῆς θεοειδȣ̃ς ἕξεως, καὶ δυνάμεως ἀκρότατον ἀναλόγως αὐτοῖς ὑποδεικνύσαι. *Eodem autem rursus modo scriptorum divinorum & cantus & lectiones, eos quidem, qui perfecti non sunt, obstetricum instar fovent, & educant ad vitalem adoptionem: eos autem, qui à Dæmonibus agitantur, sancte in viam reducunt; contrariumque metum, & voluptates demunt iis, qui per ignaviam à Dæmonibus agitantur, dum summum divini status gradum eis, pro captu suo, monstrant.* Cum itaque semper, in enumeratione, primo loco recenseantur Catechumeni, sequiore alii; necesse videtur, illos primum etiam locum in Narthece occupasse, secundum Energumenos, tertium Pœnitentes. Idque evinci palam, existimant, altera auctoritate ejusdem Dionysii, qui cap. III dicit: ἡ δὲ τῶν ἐνεργȣμένων πληθὺς ἀνίερος μὲν καὶ αὕτη, δευτέρα δὲ πρὸς τὸ ἄνω τῆς τῶν κατηχȣμένων ἐστὶν ἐσχατιᾶς. *Energumenorum multitudo à sacris quidem etiam arcetur: sed secundum locum in superiori parte extremitatis Catechumenorum obtinent. Observa,* inquiunt, *superiorem partem Catechumenorum illud significare, quod nos asserimus, de sublimi in ecclesia statione; nec non secundi loci mentionem primum subinferre.* At alia mens est Dionysio. Dionysius eos recenset, qui ab ecclesia post sacrarum scripturarum lectionem egrediuntur. Quare necesse fuit, eos primo in loco recensere, qui primi, tanquam portæ vicinio-

 res,

res, poſtquam egreſſus indictus fuiſſet, egrederentur; deinceps eos, qui ſequerentur; &, cum primi egrederentur Catechumeni, eos ſequerentur Energumeni, Energumenos Pœnitentes: ideo primum locum Catechumenis attribuit, aliis alium. Æque enim primus eſt ultimus, ſi ab ultimo numerandi initium facias, ac primus, ſi à primo. Et auctoritas allata Dionyſii aliud evincit, cum dicit, Energumenos ſecundum locum ſibi poſt Catechumenorum extremitatē obtinere, πρὸς τὸ ἄνω, non in ſuperiori parte, nempe ſublimi ſtatione, ut parum caute ſomniant, ſed parte ſuperiori, ſi infimam Catechumenorum reſpicias; ſecunda enim pars reſpectu ſanctuarii, quod dignius & ſublimius, ſi extremum eccleſiæ & portas ipſas attendas, cenſetur; quod idem cap. VII dixit, ἐπὶ τὰ πρόσω. Nec alio ſenſu accepit Dionyſii verba Pachymeres: ἡ δὲ διὰ τῶν πνευμάτων ἐνεργουμένων δευτέρα, καὶ ἐμπροσθία. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸ ἄνω. εἰ γὰρ καὶ δευτέρα ἐστι πρὸς τοὺς κατηχουμένους, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄνω. ὅτι οὗτοι ἐτελέσθησαν, καὶ οὐκ ἀμύητοί εἰσιν ὡς ἐκεῖνοι. *Qui vero à Spiritibus vexantur, ſecundus, & antecedens: id enim nobis innuit illud, ad ſuperiora: licet etiam ſecundus ſit, ſi Catechumenos ſpectes, ſed ad ſuperiora: quod hi initiati ſunt, nec ut illi rerum ſacrarum expertes habentur.*

VIII. Primo itaque loco poſt ingreſſum in Narthecem collocabantur Catechumeni; ſequebantur Energumeni; tum demum ultimo loco, primo nempe, quia prope Cancellos templi ſedem habebant, Pœnitentes. Non aliena, ab Eccleſiaſtica Hierarchia, ratione. Primo enim loco ponitur Embryo, qui nondum natus eſt; ſecundo, qui adoleſcit; tertio adultus. tamen in conſeſſu hominum primus eſt adultus; ſecundus, qui adoleſcit; poſtremus, qui primus ordine naturæ fuerat, Embryo. Idque argumento Dionyſii comprobatur. Qui enim in vita Chriſti minus proficit, deſpectiorem locum habet; qui plus profecit, ſpectabiliorem: Catechumeni, qui nondum nati ſunt per Baptiſmum, nec vitam habent, quemnam ſibi locum in ſacris vendicare poſſunt? Vendicabunt tamen, vitam jam conſecuti, non amplius Catechumeni, ſed Chriſti ſectatores. Habent tamen Pœnitentes; licet ob ſcelera patrata, aliaque obſtacula, ſatis imprudenter à recta in adverſam valetudinem deflexerint. Cap. VII: μόνοι δὲ τῶν ἱερῶν ἐκβάλλονται χώρων οἱ κατηχούμενοι. καὶ γὰρ αὕτη μὲν ἀμύητός ἐστι καθόλου πάσης ἱερᾶς τελετῆς, καὶ πρὸς οὐδὲν οὐ μικρὸν,

μικρὸν, οὐ μέγα τῶν ἱερῶς τελουμένων ἐποπτεύειν αὐτῇ θεμιτὸν, ὡς οὐδὲ τῆς τῶν ἱερῶν ὀπτικῆς δυνάμεως μετασχούσῃ, δίχα τῆς ἀρχιφώτου, καὶ φωτοδότιδος θεογενεσίας. αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν καθαιρομένων τάξεις, ἐν μυήσει μὲν ἤδη γεγόνασιν ἱερᾶς παραδόσεως. ἀνοήτως δὲ πρὸς τὰ χείρω παλινδρομήσασαι, δέον ἐπὶ τὰ πρόσω τὴν οἰκείαν ἀναγωγὴν ἀποπληρῶσαι, τῶν θεαρχικῶν μὲν ὡς ἐν συμβόλοις ἱεροῖς ἐποψιῶν, καὶ κοινωνιῶν, εὐλόγως ἀποδιαστέλλονται. βλαβήσονται γὰρ ἀνιέρως αὐτῶν μετέχουσαι, καὶ πρὸς πλείονα τῶν θείων καὶ ἑαυτῶν ἐλεύσονται περιφρόνησιν. *Considera, solos Catechumenos ex sanctis locis ejici: propterea quod hic quidem ordo nullum penitus sacrum mysterium didicit, neque ei fas est, quicquam, sive parvum sive magnum, eorum quæ sancte perficiuntur, aspicere; quippe qui ne vim quidem aspiciendi sacra habent ab ortu à Deo, sine Baptismo, qui lucis & principium est & præbitor: reliqui autem ordines, qui expurgantur, id quidem, quod sancte traditum est, jam didicerunt, sed inconsiderate ac stulte ad deteriora se retulerunt, cum ad meliora vitæ institutæ rationem conferre debuissent: ob eamque causam jure à divinarum quidem rerum, quæ in sacris mysteriis latent, aspectu, & communione, nec sine ratione, arcentur: incommoda enim acciperent, quod eorum indigne participes fierent, & ad majorem divinarum rerum suique contemptum pervenirent.* Et mirum sane, qui tot in verbis Dionysii pro Catechumenis observarunt, ab iis Catechumenorum ordini tradi ἐσχατιὰν, ultimum nempe ac postremum locum. δευτέρα δὲ πρὸς τὸ ἄνω τῆς τῶν κατηχουμένων ἐστὶν ἐσχατιᾶς. *Secunda est, si digniora ac sublimiora respicias, à Catechumenis, qui postremo loco collocantur.* Quod apertissime supra dixerat: ἡ μὲν οὖν ἐσχάτη τοῖς κατηχουμένοις ἀπονενέμηται τάξις, εἰσὶ γὰρ ἀμέθεκτοι καὶ ἀμύητοι πάντος ἱεραρχικοῦ τελεστηρίου, μηδὲ τὴν κατὰ θείαν ἀπότεξιν ἔνθεον ἐσχηκότες ὕπαρξιν, ἀλλ' ἔτι πρὸς τῶν πατρικῶν λογίων μαιευόμενοι, καὶ ζωοποιοῖς μορφώμασι διαπλαττόμενοι πρὸς τὴν ἐκ θεογενεσίας ἀρχίζωον, καὶ ἀρχίφωτον, καὶ μακαρίαν προσαγωγήν. ὥσπερ οὖν εἰ ἀτελεστὰ, καὶ ἀμόρφωτα προεκπέσοι τὰ κατὰ σάρκα βρέφη τῆς οἰκείας μαιεύσεως, ὡς ἀμβλωθρίδια, καὶ ἐκτρώματα τὴν ἀγέννητον, καὶ ἄζωον, καὶ ἀφώτιστον ἐπὶ γῆς ἀπόπτωσιν ἕξει, καὶ οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν εἴποι πρὸς τὸ φαινόμενον ἀποσκοπῶν ἐπὶ τὸ φῶς αὐτὰ προαχθῆναι, τοῦ κατὰ γαστέρα σκότους ἀπαλλαγέντα. φαίη γὰρ ἂν ἡ τῶν σωμάτων ἐπιστημονικὴ προστάτις ἰατρικὴ τὸ φῶς ἐνεργεῖν εἰς τὰ δεκτικὰ τοῦ φωτός: οὕτω καὶ τῶν ἱερῶν ἡ πάνσοφος ἐπιστήμη πρῶτα μὲν αὐτοὺς τῇ τῶν μορφωτικῶν καὶ ζωοποιῶν λογίων εἰσαγωγικῇ μορφῇ μαιεύεται. τελεσφορήσασα δὲ τὴν πρὸς θεογενεσίαν αὐτῶν ὑπόστασιν ἐνδίδωσι

σωτηρίας αὐτοῖς ἐν τάξει τῆς πρὸς τὰ φωτοειδῆ, καὶ τελεσιουργικὰ κοινωνίαν. *Ac postremus quidem ordo Catechumenis tributus est. Aditus enim eis ad omne id, quod in Hierarchia perficitur, præclusus est, neque secundum divinam parturitionem subsistentiam sanctam consecuti sunt: sed etiam parentum oraculis tanquam sub obstetrice foventur, vivificis figurationibus finguntur ad beatum illum progressum vitæ lucisque principem, qui a divino ortu proficiscitur. Vt igitur, si inchoati, ac nondum figurati pueri, qui ex carne constant, cadunt, antequam obstetricatione foveantur; casum illum in terra sine ortu, sine vitæ usura, sine lucis aspectu, ut abortus, habebunt. nec quisquam, qui sit mentis suæ, id quod apparet intuens, in lucem eos prolatos esse dixerit, quod sint ab alvi tenebris liberati: dicit enim medicina, perita corporum præses, lucem vim suam emittere in ea, quæ lucem naturæ recipere possunt: si sacrorum sapiens disciplina, & scientia, primum quidem eos divinorum scriptorum, quæ formandi vitæque dandæ vim habent, cibo, qui instituendo & introducendo valet, obstetricat: cum autem eorum naturam ad divinum ortum absolvit, tum denique utiliter eis ordine concedit aditum ad ea, quæ illustrant, & perficiunt.* Et ex Dionysio S. Maximus: ὅτι οἱ κατηχούμενοι ἔσχατοί εἰσιν. *Catechumenos postremos esse.* Et, ut Dionysium ex Dionysio ipso explicemus; tres apud eum Christiani populi ordines sunt. Primus, & inter alios præcipuus, quem ipse τελειωτικὴν, *perficientem*, vocat; secundus, quem φωτιστικὴν, *illuminantem*; postremus omnium, qui est καθαιρομένην, *sese expurgans.* In illis tamen conquirendis præpostero ordine procedendum est; namque primum expurgamur, secundum illuminamur, tandem ad sacra gradum facimus; ideoque Dionysius, illos enumerans, à postremo orditur, & in primum desinit, postremum primum, & potissimum ultimum vocans, cap. v: ἡ τῶν τελουμένων δύναμις, ἡ πρώτη μὲν ἐστιν ἡ καθαιρομένη. μέση μετὰ τὴν κάθαρσιν ἡ φωτιζομένη, καί τινων ἱερῶν θεωρητική. τελευταία δὲ καὶ θειοτέρα τῶν ἄλλων ἡ τῶν ἱερῶν φωτισμῶν, ὧν ἐγεγόνει θεωρὸς ἐλλαμπομένη τὴν τελειωτικὴν ἐπιστήμην. *Eorum vero, qui perficiuntur, vis prima est, quæ expurgatur: media, quæ post expurgationem illustratur, & nonnulla sacra spectat: postrema, quæ eadem cæteris est divinior, ea, quæ sacrorum luminum, quæ spectavit, perficiente illustratur scientia.* Nec inter se hæc ipsa pugnare, idem Auctor infra demonstrat, cum hunc sacrosanctum ordinem primum, infimum & postremum nuncupet. σύνεστιν ἡ θεία τῶν ἱερῶν τάξις

πρώτη

πρώτη μὲν ἐστι τῶν θεοπτικῶν τάξεων, ἀκροτάτη δὲ καὶ ἐσχάτη πάλιν ἡ αὐτή. *Divinus igitur Pontificum ordo, primus quidem est eorum ordinum, qui Deum vident; summus autem & postremus rursum idem est.* Et S. Maximus adnotaverat in Scholiis: Σημειωτέον πῶς ἡ αὐτὴ πρώτη καὶ ἐσχάτη τάξις. *Notandum, quod hic idem primus & ultimus ordo est.* Et Pachymeres in Paraphrasi: οὐκοῦν ἡ θεία τῶν ἱεραρχῶν τάξις πρώτη ἐστὶ καὶ ἀκροτάτη, καὶ ἐσχάτη ἡ αὐτή. πρώτη, ὅτι ἐξ ἐκείνης τοῖς ἄλλοις μεταδίδονται τὰ οἰκεῖα, ἐσχάτη, ὅτι εἰς αὐτὴν τελευτᾷ πᾶσα ἱερατικὴ διακόσμησις. *Divinus itaque Pontificum ordo primus, est & summus & postremus: primus, quod ex eo aliis necessaria impartiuntur; postremus, quod in eo expletur universa nostræ hierarchiæ distinctio.* Primi itaque ad Cancellos templi ſtabant Pœnitentes; ſequebantur Energumeni; eos excipiebant Catechumeni, horum omnium poſtremi.

IX. Nos etiam ex hiſce, à Sanctuario poſtremis, exordiamur. Quos non omnes unius generis comperies; ſed ex his alii fuere *Audientes*, ſive *Auditores*, qui ſcilicet verbum Dei audiebant, & licet Chriſtiani eſſe cuperent, non tamen eo pervenerant, ut digni Baptiſmo haberentur: alii *Competentes*, qui jam pridem acceſſerant, recteque in fide inſtituti, Baptiſmum præſcripto tempore expectabant. Concilium Nicænum primum Can. XIV: περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *De Catechumenis lapſis, placuit ſanctæ & magnæ Synodo, ut ii tribus annis Audientes tantum ſint, poſtea orent cum Catechumenis.* Alexius Ariſtænus in Canon. XIV Ancyranum: Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων. οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, οἱ δὲ γεγόνασι τελεώτεροι ἐφ' ἱκανὸν τὰ τῆς πίστεως μαθητευθέντες. ὁ γοῦν τελεώτερος κατηχούμενος παραπεσὼν καὶ ἁμαρτήσας ἀνεπιτίμητος οὐκ ἐᾶται. κἂν καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἱκανόν ἐστι πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀποπλῦναι. ἀλλὰ μετὰ τῶν ἀκροωμένων συντάττεται, καὶ μετὰ τριετίαν μετὰ τῶν κατηχουμένων αὖθις συνεύχεται. *Duæ erant ſpecies Catechumenorum: quidam enim recenter adveniunt; alii perfectiores, ſatiſque rebus fidei inſtructi. Perfectior itaque Catechumenus, cadens & peccans, non relinquitur ſine punitione, licet ſacrum Baptiſma ſatis ſit ad omnem ſordem animæ abluendam, ſed cum Audientibus collocatur, & poſt tres annos rurſus cum Catechumenis orat.* Matthæus Blaſtarius: εἰς δύο τάξεις οἱ κατηχούμενοι πάλαι ἐτέθειντο, εἰς τε τοὺς ἤδη τελεωτέρους, τὴν πίστιν εἰσδεξαμένους,

μένους, ὑπερτιθεμένους δὲ τὸ βάπτισμα, οἱ καὶ μέχρι τῆς τῶν κατηχουμένων εὐχῆς ἐν τῷ κυριακῷ παρέμενον, καὶ ταύτης μυστικῶς λεγομένης, τὸ γόνυ ἔκλινον, ἐκφωνηθέντος δὲ τοῦ, ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, ἐξήρχοντο. εἴς τε τοὺς ἄρτι προσελθόντας, οἱ καὶ ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων εὐαγγελίων ἐξήρχοντο. *In duos ordines Catechumeni apud veteres dividebantur; tum in eos, qui jam perfectiores, excepta fide, erant, ſed Baptiſmum differebant, qui ad Catechumenorum uſque precationem manebant in Dominico; quæ cum ſecreto diceretur, ipſi genua flectebant, verum cum illud acclamaretur, Quicunque Catechumeni eſtis accedite, proripiebant ſe extra eccleſiam: tum in eos, qui recens advenerant, qui & imperfectiores erant, & poſt auditionem divinorum Euangeliorum exibant.* Et Græcus Scholiaſtes in Harmenopuli epitomen Canon. Sect. v, & III: δύο τῶν κατηχουμένων ἦσαν τάξεις. ἡ μὲν τῶν γόνυ κλινόντων ἡ τελειοτέρα. ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων ἡ ἀτελεστέρα. λέγει γοῦν εἰ τῶν γόνυ κλινόντων εἴη, καὶ ἁμάρτοι: παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν, γινέσθω τῶν ἀκροωμένων. ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων ἔξω στήτω τῆς ἐκκλησίας. *Duo Catechumenorum ordines erant, unus eorum, qui genu flectebant, perfectior ſcilicet; alter imperfectior eorum, qui audiebant. Dicit ergo, ſi ſit ex ordine flectentium genu, & peccet, quod, peccare deſinens, in ordinem audientium referri debeat; ſin ex Audientibus ſit, conſiſtat extra eccleſiam.* Audientium meminit Tertullianus lib. de Pœnitent. *Nemo ſibi aduletur, quia inter Auditorum tyrocinia deputatur, quaſi eo etiam nunc ſibi delinquere liceat. an alius initiatis eſt Chriſtus, alius audientibus?* Item: *Audientes optare inſtitutionem, non præſumere oportet.* Cyprianus lib. III, epiſt. XVII: *Audientibus, ſi qui fuerint periculo præventi, & ſi in exitu conſtituti, vigilantia veſtra non deſit; implorantibus divinam gratiam, miſericordia Domini non denegetur.* Competentium vero meminit Auguſtinus lib. de cura pro mort. hab. cap. XII: *Paſcha appropinquante dedit nomen inter alios Competentes.* Et hom. XLIX: *Quod dico Competentibus, & fidelibus, audiant Pœnitentes.* Et lib. de fide & operibus cap. VI: *Cum fontis illius ſacramenta peteremus, atque ob hoc Competentes etiam vocaremur.* Ambroſius lib. V, epiſt. XXXIII: *Symbolum aliquibus Competentibus in Baptiſteriis tradebam Baſilicæ.* Iſidorus lib. I, de offic. eccleſ. cap. XXVII. & lib. II, cap. XXI. & lib. VII, Orig. cap. XIV: *Competens vocatur, qui poſt inſtructionem fidei competit gratiam Chriſti; unde & à petendo Competens vocatur.* Et Hieronymus epiſtol. ad Pammachum, & Concilium

Aga-

Agathenſe Can. XII. Eos Electos vocavit Leo Papa I. *In baptizandis in eccleſia Electis, hæc duo tempora, de quibus locuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus.*

X. Vicecomes, de Miſſæ ritibus lib. II, cap. XL, ſcribit, de Catechumenorum loco, ubinam eſſet, nihil certi affirmari poſſe: nam interdum extra eccleſiam in ea parte, ubi fontes lavandis fidelibus, eccleſiam ingredientibus, conſtituti erant, fuiſſe comperit, ut apud Cyrillum Hieroſolymitanum, Præfat. ad Catecheſes: *Iam ab hodierna die vitam agens, conſidera, quantam tibi Ieſus dignitatem contulerit. Catechumenus vocabaris, foris ſubſiſtens: nunc vero non amplius foris ſed intus ſonas.* & orat. panegyrica pro eccleſiarum exædificatione, recitata apud Euſebium, Hiſtor. eccleſ. lib. x, cap. IV: *Deinceps fontes ex adverſa fronte templi, profluenti aqua redundantes, poſiti, quibus omnes, qui in ſacros templi ambitus introëunt, ſordes corporum abluant; qui fontes ſacroſancta Baptiſmatis lavacra repræſentant. Atque hic locus, in quo ſinguli introeuntium primum, ut ſe lavent, morantur, ſicut cuique ornatum & ſplendorem affert, ſic illis, qui primis fidei principiis inſtituendi ſunt, manſio percommoda eſt ad acquieſcendum.* nec diſſimile eſſe quod Beroldus ait in Cæremoniali M. S. *Finito Euangelio, omnes Catechumeni intrent Eccleſiam.* Si enim, inquit, expleto Euangelio Catechumeni eccleſiam ingrediebantur; ergo, priuſquam illud abſolveretur, extra eccleſiam conſiſtebant: hujuſque conſuetudinis multa veſtigia adhuc Mediolani durare, ait. Poterat addi Balſamon in Can. XIV Nicæni primi: μὴ ἁπλῶς δέχεσθαι εἰς τὸν τόπον τῶν κατηχουμένων πάλιν ὑποστρέφοντα οἱ ἅγιοι πατέρες διορίζονται. ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τριετίαν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων. πληρωθείσης δὲ ταύτης ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν προτέραν τάξιν. *Non ſimpliciter ad Catechumenorum locum rurſus recipi redeuntem ſancti Patres definiunt, ſed prius triennio extra templum ſtare cum Audientibus: eo autem completo, in priorem ſtatum recipi.* Et in epiſtola Gregorii Nyſſeni ad Letoium: εὔχεσθαι μὲν γάρ φησι κατὰ μόνας, ἤγουν καθ' ἑαυτὸν οὐ κωλυθήσεται ὁ ἐν μετανοίᾳ γινόμενος. συνίστασθαι δὲ τοῖς πιστοῖς οὐ συγχωρηθήσεται, ἀλλ' ἔξω στήσεται τοῦ ναοῦ μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Et etiam prius per ſe precetur; ſeorſum tamen, inquit, ſeu per ſe precari non vetabitur, qui eſt in pœnitentia; non tamen ei permittitur conſiſtere cum fidelibus, ſed ſtabit extra templum cum Catechumenis.* Et Scholiaſtes Græcus, in epitomen Canonum Harmenopuli:

παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν γενέσθω τῶν ἀκροωμένων, εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων ἔξω στήτω τῆς ἐκκλησίας, καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ εὐαγγελίου. *Peccare desinens, in ordinem Audientium referatur: sin ex Audientibus sit, consistat extra ecclesiam: Nam & Audientes extra ecclesiam stabant usque ad lectionem sancti Euangelii.* Cum vero, ex alia parte, veterum scriptorum testimoniis, Gregorii Thaumaturgi, Concilii Constantinopolitani sexti Canon. LXXIX, Catechumenorum locum intra ecclesiam fuisse colligeret, tradit, ea non ita intelligenda esse, velut licitum esset cuique illorum, utro mallet loco, consistere; verum id propterea dictum esse, quod, diversi ordinis cum essent Catechumeni, alii in ecclesia, alii extra illam divina mysteria audirent; posterioris generis fuisse, qui sacræ Catechesis tyrocinia ponebant: in altero constituit jam provectiores, & qui *Competentes* appellabantur. Hinc distinctione ista, quasi nova & peracuta, & è penetralibus Antiquitatis eruta, exsultans aliquando, sibique bene complacens, supparasitatur: *Ita me Phœbus,* inquit, *amet, Musæque faveant; ut hanc distinctionem, è tenebris veritatis erutam, profero in medium.* Confirmat deinde ex loco Eusebii, quem supra adduximus, in quo habetur, Catechumenos, qui primis fidei principiis instituerentur, in vestibulo ecclesiæ moram traxisse Ex quo colligit ipse, cæteros, qui, Christianis sacris & præceptis jam imbuti, baptismalibus aquis brevi tingendi erant, alio in loco, nempe in ecclesia, sacerdoti facienti præbuisse aures. Quod si ista legentis animum non explent, affirmat, Catechumenos, cum priscæ novæque legis instituta recitabantur, & statæ Missæ cærimoniæ fiebant, extra ecclesiam constitisse, cum, expleto Euangelio, peculiares super eis preces Deo solvebantur in ecclesia: idque non obscure affirmasse Dionysium Areopagitam, de ecclesiastica Hierarchia cap. III. *Pontifex, perfecto precum sacro ad Dei altare, cum ab eo incendendi odores initium fecit, sacrum obit locum; reversus autem ad divinam aram, sacros Psalmos canere incipit, canuntque cum eo omnes ecclesiastici ordines: deinceps à ministris sacrorum librorum lectio recitatur. Ea recitata, extra templi ambitum collocantur Catechumeni, & una cum eis Energumeni, atque ii, quos superioris vitæ pœnitet: manent autem ii, qui divinarum rerum & aspectu digni sunt & communione.* tum Beroldum his verbis: *Finito euangelio omnes Catechumeni intrent Eccle-*

Ecclesiam. Vides, ait Vicecomes, ibi post Euangelium Catechumenos ecclesiam ingressos esse: ex quo necessaria consecutione intelligitur, eosdem ante euangelium extra ecclesiam stetisse. Subdit, Catechumenos modo humi, modo loco in altum edito, sacra mysteria spectavisse legi; & rem totam sic explicat, ut, qui primis fidei Christianæ rudimentis imbuebantur, extra ecclesiam humi, qui nostræ religionis mysteriis egregie eruditi Baptismum flagitabant, in ecclesia è sublimi loco, sacris operantem sacerdotem audirent. priorem partem satis significari à Gregorio Thaumaturgo, dicto loco, ubi docet, Pænitentes, una cum Catechumenis, fideles, ecclesiam ingredientes, precari solitos, ut suis peccatis ab irato Deo veniam exposcerent. neq; enim precari poterant fideles, si humi non constitissent. Alterius partis dicit se habere testem idoneum & gravem, Dionysium Areopagitam, de eccles. Hierarchia cap. III, qui ait: *Energumenorum multitudo à sacris etiam arcetor, sed secundum locum in superiori parte extremitatis Catechumenorum obtineto.* Concludit, ex hac Dionysii auctoritate manifeste constare, Energumenos una cum Catechumenis Missæ sacrificio interfuisse.

XI. Et hæc quidem Vicecomes de locis Catechumenorum; somnia, ut puto, miris exemplis in somnis dans. Id una mecum considera, lector. Nullum certum, ait, esse Catechumenis locum, quia modo intra ecclesiam, modo extra ecclesiam stent. Falsum utrumque: ut enim vidimus supra, locus Catechumenorum Narthex est, qui est tertius in ecclesia locus. Et Catechumeni etiam illi, qui in Catechumenorum ordinem oberrarunt, ideoque in inferiorem ordinem delati, inter Audientes collocabantur, in eodem Narthece subsistebant. Nam illi, de quorum salute desperabatur, una cum aliis ejusdem sortis fidelibus, qui, flagitiis vitiisque pleni, nec resipiscere nec ad bonam frugem redire studebant, extra ecclesiam trudebantur: illi ἐξωθεῖσθαι, τῆς ἐκκλησίας ἀποῤῥίπτεσθαι, dicebantur. Harmenopulus in Compend. Can. sect. V, tit. III: ἐπιμένοντες ἢ τῆς ἐκκλησίας ἀποῤῥιπτέσθωσαν. *Quod si perseverent, ex ecclesia ejiciuntor.* Et tit. IV: τὰ ἀλλότρια διηρπάκασι τῆς ἐκκλησίας ἐκβαλλέσθωσαν, ὡς ἀσεβεῖς καὶ θεοστυγεῖς. Eos ἐκκηρύκτους vocabant. Gregorius Thaumaturgus Can. II: καὶ πᾶς τοιοῦτος ἐκκήρυκτος τῆς ἐκκλησίας θεοῦ. *Et quicunque est ejusmodi, est à Dei ecclesia abdicatus.* Et Can. V: καὶ οὓς δεῖ ἐκκη-

ἐκκηρύξαι τῶν εὐχῶν. *Et quos à precibus abdicare oportet.* Quare vero ſic vocarentur, cauſam exponit Balſamon ibidem : πᾶς πλεονέκτης ἐκκήρυκτος τῆς ἐκκλησίας ἐστίν. ἀντὶ τοῦ ἀπόβλητος καὶ ἀλλότριος. ἀποκηρύσσεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοὶ, ὅταν διά τινα αἰτιάματα ἐκ τῆς γονικῆς κληρονομίας ἀλλοτριῶνται). *Quiſquis eſt avarus, eſt ab eccleſia abdicatus, id eſt, ejectus, & alienus. Dicuntur enim abdicati filii, quando propter aliqua crimina ab hereditate paterna alienantur.* Dionyſius Areopagita, nunc ἀνιέρους καὶ ἐκφύτους πάντη τῆς ἱερᾶς θεσμοθεσίας, nunc ἀπερισαλπίγκτους καθόλου τῶν ἱερῶν τελετῶν. De Eccleſiaſtica Hierarch. cap. III : τούτων οἱ μὲν ἀπερισάλπιγκτοι καθόλου τῶν ἱερῶν τελετῶν οὐδὲ τὰς εἰκόνας ὁρῶσιν, ἀναιδῶς ἀπηρνημένοι τὴν σωτηριώδη τῆς θεογενεσίας μύησιν, καὶ τοῖς λογίοις ὀλεθρίως ἀντιφθεγξάμενοι τὸ, ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. *Horum ii quidem, quibus nihil omnino ſanctorum ſacramentorum innotuit, ne figuras quidem & imagines cernunt, quod & impudenter ſalutarem divini ortus diſciplinam repudient, & divinis ſcriptis hæc exitioſe dixerint, Vias tuas ſcire nolo.* Et : διὸ καὶ τῶν ἐνθέοις διδασκαλίαις οἱ τολμηρῶς ἀποκεχρημένοι πρὸ τῆς κατ' αὐτὰς πολιτείας καὶ ἕξεως ἀνίεροι, καὶ ἔκφυτοι πάντη τῆς ἱερᾶς εἰσι θεσμοθεσίας. *Itaque ii, qui audacia provecti, divinis diſciplinis ac magiſteriis abutuntur, antequam vitam, & habitum ſcientiæ ſecundum ea comparaverint, profani ſunt, atque à ſacro inſtituto omni ex parte alieni, & abhorrentes.* Et hi quidem ab auditione arcebantur ; hoc eſt, ad divinarum laudum auditionem non admittebantur, ſed extra Eccleſiam in loco Deflentium ſtatuebantur ; donec Epiſcopi, eorum vita atque pœnitentia dijudicata, aliquid aliud de illis decreviſſent : namque ſi ejectione illa aliquid profeciſſent, meliores facti, in ipſa Eccleſia inter Audientes ponebantur ad ſecundum Pœnitentium Catechumenorum gradum, & intra eccleſiam primum : primus etenim extra eccleſiam una cum flentibus erat. Catechumenorum itaque locus, ſive Audientium, ſive Competentium, intra eccleſiam, in Narthece ſcilicet, erat. Probaturque evidentius Can. v, Synodi Neocæſarienſis : κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ. οὗτος δὲ ἁμαρτάνων, ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. *Catechumenus ſi, in Dominicum ingrediens, in ordine Catechumenorum ſteterit, is autem peccans ; ſi genu quidem flectens eſt, audiat, non amplius peccans : ſin autem etiam audiens peccet, expellatur.* Sententia Canonis

eſt,

eſt, quidquid alii dicant : Si Catechumenus ex iis, qui genu flectunt, & inter Catechumenos primas obtinent, peccaverit, ad locum imperfectiorem, Audientium nempe, amandetur; caveatque, ne in poſterum peccet : quod ſi etiam in eo ordine peccaverit, extrudatur; hoc eſt, extra eccleſiam pellatur, nec audeat templum ingredi, niſi Antiſtitis mandatum intercedat. Alexius Ariſtenus in eundem Canonem : οἱ γοῦν τελεώτεροι, ὡς γευσάμενοι θείου ῥήματος καὶ παραπεσόντες, μετακινοῦνται τῆς στάσεως, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις συντάττονται, εἰ δὲ καὶ ἀκροώμενοι ἁμαρτάνουσι τῆς ἐκκλησίας τέλεον ἐξωθοῦνται. *Perfectiores itaque, tanquam qui divinum verbum perguſtarint, ſi lapſi fuerint, ſtatione ſua moventur, & cum Audientibus collocantur. Quod ſi & inter Audientes peccare non deſinunt, prorſus ab eccleſia ejiciuntur.* Matthæus Blaſtarius : ὁ δὲ πέμπτος τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ, τῶν τελεωτέρων τις κατηχουμένων ἁμαρτών φησι, καὶ πεπαυμένος τοῦ ἁμαρτάνειν, μετὰ τῶν ἀκροωμένων στήτω. εἰ δὲ τῶν ἀχροωμένων εἴη καὶ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἀφίσταται, εἰς τὴν τῶν προσκλαιόντων χώραν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξωθείσθω. *Quintus vero Neocæſareenſis Synodi Canon, Si quis ex perfectioribus Catechumenis, ait, peccaverit, peccare ceſſans, cum Audientibus ſtet : ſi ex Audientibus eſt, & à peccando non abſtinet, in Deflentium locum ab eccleſia extrudatur.* Errant ergo omnino, qui Catechumenorum Audientium ſtationem extra eccleſiam ponunt : ex ea enim peccantes foras trudebantur : neque foras pellitur, niſi qui intus eſt. Qui ſi tandem reſipuiſſent, rurſus in Audientium Catechumenorum ſtationem revertebantur. Vbi ſi rurſus meliores evaſiſſent, fructuſque, qui ab iis expectabantur, attuliſſent, denuo in perfectiorem locum, & eorum, qui genu flectebant, numerum reponebantur. Nec alia ratione intelligendus eſt Cyrillus Hieroſolymitanus, ſi de Catechumenorum generibus loquitur. Catechumenus enim, qui foris ob nova delicta ſtabat, pœnitentiâ non amplius foris, ſed intus ſonat : regreſſus enim ad priorem ſtatum, unde deturbatus fuerat, intra eccleſiam locum habet. Attamen eum loqui exiſtimo de Catechumenis, qui fidem Chriſtianam vitalibus aquis exoſculati, una cum aliis fidelibus morabantur. Nam qui prius Catechumenus vocabatur, & extra eccleſiam, in Narthece nempe, ſubſiſtebat, nova Baptiſmi intinctione fidelis factus, non amplius foris, ſed intus ſonat. Aliud præterea eſt, quod oratione panegyrica pro eccleſiarum ædificatione, dicitur : nam ibi

non

non de statione Catechumenorum, dum sacra peraguntur, sermo est; sed de ea, in qua, sacris absolutis, dimissi manebant. Necesse enim erat, aliquem locum, eumque non incommodum, decerni, in quo, ab ecclesia egressi, dum interim sacra fideles prosequerentur, ipsi quiescerent. quare inter fontes & alia oblectamenta extra ecclesiam mansio percommoda fuerat ad acquiescendum. Aliud quoque est, quod Beroldus, quisquis iste fuerit, dicit, qui intra ecclesiam, finito Euangelio, vocat: dum enim legebatur Euangelium, aliique sacræ scripturæ libri, Catechumeni omnes, tum perfecti, tum audientes, exceptis pessimis, extra ecclesiam pulsis, intra ecclesiam in Narthece sacris Christianorum operam dabant; qua lectione finita omnes, ita imperante Diacono, egrediebantur. Idque licet possim pluribus ex antiquitate testimoniis probare, unico tantum Dionysiano rem ipsam expediam, de eccles. Hierarch. cap. III: τοὺς δὲ κατηχουμένους, ἐνεργουμένους τε καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς ἐφίησι μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέου τῶν πανιέρων γραφῶν ἀναγνώσεως. εἰς δὲ τὰς ἑξῆς ἱερουργίας καὶ θεωρίας, οὐ συγκαλεῖται τούτους, ἀλλὰ τοὺς τελείους τῶν τελεσιουργῶν ὀφθαλμούς. *Catechumenos autem, & energumenos, quique in Pœnitentia sunt, sanctæ hierarchiæ mos patitur quidem audire sacram Psalmorum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem; ad sacra autem opera, quæ deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos integrorum oculos.* Et cap. VII: ἑξῆς δὲ οἱ λειτουργοὶ τὰς ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἐμφερομένας ἀψευδεῖς ἐπαγγελίας περὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν ἀναστάσεως ἀναγνόντες ἱερῶς ᾄδουσι τὰς ὁμολόγους, καὶ ταυτοδυνάμους τῶν ψαλμικῶν λογίων ᾠδάς. εἶτα τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους. *Deinceps ministri promissis veris, quæ feruntur in scriptis divinis, de sancta nostra resurrectione, recitatis, sancte canunt cantus Psalmorum, qui ejusdem rationis sunt, atque idem valent. Tum Ministrorum primus Catechumenos dimittit, sanctosque, qui jam dormierunt, prædicat.* Maximus quoque in Mystagogia, cap. XIV: μετὰ τὴν θείαν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, καὶ ἡ τῶν κατηχουμένων, καὶ ἡ τῶν λοιπῶν τῶν ἀναξίων τῆς θείας τῶν δειχθησομένων μυστηρίων θεωρίας ἀπόλυσίς τε καὶ ἐκβολὴ διὰ τῶν λειτουργῶν γίνεται. *Post divinam sancti euangelii lectionem, & Catechumenorum, & reliquorum, qui divina ostendendorum sacramentorum contemplatione indigni sunt, fit per*

sacros

ſacros Miniſtros dimiſſio, & ejectio. Hinc dimiſſionem Latini *Miſſam* dixerunt, ut *Remiſſam* pro remiſſione. Hincmarus Rhemenſis, epiſt. ad Hincmarum Laudunenſem, cap. XXIV: *Quidam jubentur uſque ad miſſam Catechumenorum manere in Eccleſia: quidam autem ſola intra eccleſiam fidelium oratione jungi ſacræ myſteriorum celebritati, à Dominicæ autem menſæ convivio ſegregari*. Et Auguſtinus, ſermone CCXXXVII de tempore: *Ecce, poſt ſermonem fit Miſſa Catechumenis; manebunt fideles; venietur ad orationem*. Peſſime itaque ex antiquitate colligit Vicecomes, (nam de Beroldo, quem non vidi, nihil habeo, quod dicam,) expleto Euangelio Catechumenos eccleſiam ingredi, &, prius quam illud abſolveretur, extra eccleſiam conſtitiſſe: cum καθαιρόμεναι τάξεις omnes, inter quas & Catechumeni locum habebant, ſemper in Narthece, dum divinæ ſcripturæ legebantur, conſiſtebant, nec, niſi illis expletis, foras pellebantur. & Balſamon, in Can. XIV Concilii Nicæni, vel Naon à Narthece ſeparat, ideoque dicit, Catechumenos extra templum cum Audientibus commorari; Narthex enim extra Templum cenſebatur: vel ipſe etiam cum Scholiaſte alio in Harmenopulum falſus fuit; quod in tanta rerum varietate mirum non eſt: vel exſcriptoris incuria impoſuit, qui, loco ἐντὸς, ἐκτὸς ſcripſit. quod ex ipſius Scholiaſtæ verbis elicio. Tres erant Catechumenorum gradus, ſecundum Concilium; primus γόνυ κλινόντων, *genu flectentium*; ſecundus ἀκροωμένων, *audientium*; tertius ἐξωσμένων τῆς ἐκκλησίας, *ejectorum ab eccleſia*, ſi tamen ſpes ulla erat reſipiſcendi; alias ut ethnici reputabantur, nec in numero erant Catechumenorum. Primum peccans, in ſecundum, Audientium nempe, pellebatur; qui, ſi peccandi finem non poneret, ab eccleſia ejiciebatur. Recte itaque dicit Scholiaſtes: εἰ ἢ τῶν ἀκροωμένων ἔξω ἑςήτω τῆς ἐκκλησίας, *Si ex audientibus extra eccleſiam conſiſtat*. ratio dicti: καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ ἐκτὸς ἵςαντο τῆς ἐκκλησίας. *Nam & audientes extra eccleſiam ſtabant*. Male omnino: qui enim extra eccleſiam eſt, non pellitur ab eccleſia. Ad hoc ergo, ut pœna locum habeat, ut ratio concludat, dicendum erat, Auditores intra eccleſiam ſtare: tunc enim bene extra eccleſiam mitti poterant, ut graviore ſupplicio digni. Quare ſcribendum exiſtimo: καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ ἐντὸς ἵςαντο τῆς ἐκκλησίας. *Et Audientes enim intra eccleſiam ſtabant*.

XII. Interim me facturum operæ pretium exiſtimo, ſi ritum univer-

universum, Catechumenos aliosque ab ecclesia dimittendi, scripto referam. Recitatis inter Missarum solemnia lectionibus ex Lege, Prophetis, Epistolis, Actis, & Euangeliis, pro more ecclesiæ; Diaconus ex loco alto edicebat, ἐκήρυττε: Nemo audientium, nemo infidelium adsit. Licet enim in sacerdote κηρύττειν, ὁμιλεῖν & εὐαγγελίζεσθαι significet, in Diaconis illud ministerium declarat; quod optime ab aliis quoque adnotatum est: quo, dato orarii signo, actionum sacrarum ritus & ordinem moderabantur. Matthæus Blastares in Synopsi Canonum: ὠράριον ἐξαρτῶντες διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς, καὶ τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων, καὶ τῶν πιστῶν. *Diaconi, qui orarium gestant, sacerdotibus assistentes, & sacri officii orationes observantes, per orarium eis, qui sunt in Ambone, Diaconis significant, quando oporteat vel ad Catechumenos, vel ad fideles, orationem flectere.* Et Ioannes Chrysostomus, hom. XVII, in epist. ad Hebræos: ὁ διάκονος ὑψηλὸς ἑστὼς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τις κήρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, τοὺς μὲν ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει. *Diaconus in altiori loco stans, magna voce, terribili clamore, veluti quidam præco, manus sustollens in altum, alios quidem vocat, alios prohibet, alios excludit, alios introducit.* Sic silentio facto, præcipit Catechumenis, ut pro se ipsis, hortaturque reliquos fideles, ut pro Catechumenis, orent: & supplicatione peracta, & illis inclinantibus capita, Episcopus benedicebat; tum demum Diaconus egressum indicabat: illis egressis ad orationem Energumenos convocabat; post preces, illis dimissis, advocabat eos, qui in pœnitentia erant: quibus etiam post preces dimissis, fidelium Missam persequebantur. Id quoque comprobat Laodicenum Concilium Can. XIX: περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων οὕτως τὰς εὐχὰς τῶν πιστῶν γίνεσθαι τρεῖς. *Quod oportet seorsum, primum post sermones Episcoporum, Catechumenorum orationem peragi, & postquam exierint Catechumeni, Pœnitentium orationem fieri, iisque, accepta manuum impositione, abscedentibus, sic fidelium tres orationes fieri.* In quem locum Zonaras: τοῖς κατηχουμένοις ὡμίλουν πρότερον οἱ ἐπίσκοποι

κατηχοῦντες,

κατηχοῦντες, καὶ διδάσκοντες αὐτοὺς, εἶτα ἐλέγετο ἡ ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχή, καὶ ἐξελθόντων ἐκείνων τοῖς ἐν μετανοίᾳ οὖσιν ἑτέρα ἐτελεῖτο εὐχή, καὶ τὰ λοιπὰ, ἃ ὁ κανὼν λέγει. *Concio ad Catechumenos, iis docendis ac erudiendis, primo loco ab Epiſcopis habebatur; tum, precatione in Catechumenos recitata, illi egrediebantur, moxque in eos, qui pœnis luendis addicti erant, altera precatio adhibebatur; aliaque, ut in Canone, peragebantur.* Et Alexius Ariſtenus in eundem Can. ὁ παρὼν κανὼν τὴν τάξιν διδάσκει τῶν εὐχῶν, ὅπως ὀφείλει γίνεσθαι. καὶ φάσκει πρῶτον μὲν τὴν τῶν κατηχουμένων ἐπιτελεῖσθαι εὐχήν. εἶτα δὲ καὶ τὴν τῶν ἐν μετανοίᾳ προσάγεσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν τῶν πιστῶν, εἶτα τὴν εἰρήνην, καὶ τὸν ἀσπασμὸν γίνεσθαι, καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι. *Præſens Canon ordinem tradit precationum, quanam illæ ratione peragi debeant: traditque, primum quidem Catechumenorum precationem peragendam eſſe; poſtea eorum, qui in Pœnitentia ſunt; deinceps pacem, & amplexum cum oſculo; tum demum ſacroſanctam oblationem.* Iuſtellus in Can. Eccleſiæ Vniverſalis Can. CXXIII tradit, Catechumenorum orationẽ in Laodiceno Canone accipi pro ſacrom iniſterio lectionum, orationum, & aliorum id genus, quod celebratur in eccleſia ante dimiſſionem Catechumenorum: Latinoſque eam Miſſam Catechumenorum dixiſſe. Concilium Valentinum, Can. I: *Hoc eſſe cenſuimus obſervandum, ut ſacroſancta Euangelia ante munerum illationem in Miſſa Catechumenorum in ordine lectionum poſt legantur.* Iuo epiſt. CCXIX: *Qui audiebat Miſſam Catechumenorum, ſubterfugiebat Miſſam ſacramentorum.* Quidquid ſit de Miſſa Catechumenorum, εὐχὴν κατηχουμένων, *orationem Catechumenorum,* aliud eſſe, quam nobis Iuſtellus exponit, colligitur; quod ea ſequatur ſermones, atque Homilias Epiſcoporum, quæ poſt lectum Euangelium, aliaque ſacroſanctæ ſcripturæ verba, habebantur; quibus terminatis, nihil aliud ſubſequebatur, quam fidelium preces ſuper ipſos Catechumenos ad Deum effuſæ; ut nempe, eorum ſupplicatione ſuſcepta, eis auxiliaretur, poſtulata cordium commodo eorum tribueret, patefaceret eis Euangelium Chriſti, illuminaret eos, & intelligentes faceret, erudiret eos Dei cognitione, doceret mandata ſua & juſtificationes, insereretque eis ſuum caſtum & ſalutarem timorem, aperiret aures cordis eorum, confirmaret eos in pietate, adjungeret annumeraretque ſuo ſancto gregi, donans eos regenerationis lavacro, liberaret eos ab omni impietate, introitus & exitus eo-

rum proſequeretur benedictione, propoſita eis dirigeret ad utilitatem, ut, adepti per Baptiſmum veniam peccatorum, digni haberentur ſacris myſteriis, & cum ſanctis commorari. Tum demum Epiſcopus illis benedicebat, dicens : ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀγέννητος, καὶ ἀπρόσιτος, & reliqua, quæ habentur in Conſtitut. Apoſt. lib. VIII, cap. VI. Et hæc proprie vereque erat Catechumenorum oratio ; quemadmodum & ſupplicationes aliæ, quæ ſuper Energumenos & Pœnitentes, à Populo & Epiſcopo, antequam dimitterentur, recitabantur. Nam, quæ prius inter Miſſarum ſolemnia agebantur, omnibus erant communia, neque ſupplicationis formam aliquam vel pro Catechumenis, vel pro Pœnitentibus, in ſe continebant; à quibus nec hoſtes ipſius Eccleſiæ arcebantur. Et nota Concilii verba ; καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, *iiſque*, Catechumenis nempe & Pœnitentibus, *venientibus ſub manu*, hoc eſt, cervices ſuas ac capita manui & benedictioni Pontificis ſupponẽtibus, tum cum eorum oratio recitabatur, quod χειροθεσίαν, & εὐχὴν, Clemens in Conſtitut. vocavit ; manuum namque impoſitione ſuper eos, qui jam ante eum inclinatis capitibus ſuccubuerant, deprecatur. Has in Catechumenos orationes παραθέσεις dictas fuiſſe, tanquam quæ aliis Chriſtianorum orationibus apponerentur, notavit jam olim Alexius Ariſtenus in Can. CVI Carthaginenſem. τὰς παρὰ τῶν συνόδων κεκυρωμένας γραφὰς, καὶ τὰς εὐχὰς ἃς ἡ ἐκκλησία παρέλαβε, πάντες ἐπιτελεῖν ὀφείλουσιν. ἤγουν τὰς ἄχρι τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ὑμνωδίας καὶ ἀναγνώσεις τῶν ἱερῶν γραφῶν, εἴτε παραθέσεις, τουτέστι τὰς ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὰς, δι' ὧν αὐτοὺς τῷ κυρίῳ παρατιθέμεθα, εἴτε ἐπιθέσεις χειρῶν, ἤτοι τὰς γινομένας πρὸς τὸν λαὸν εὐλογίας, τῇ τοῦ ἐπισκόπου χειρί. *Determinatas à Synodis ſcripturas, & orationes, quas Eccleſia recepit, omnibus obſervare oportet; nempe divinas laudes, quæ uſque ad ſacrum Euangelium recitantur, & lectiones ſacrarum ſcripturarum, ſive Paratheſes, orationes nempe, quæ ſuper Catechumenos fiunt, per quas eos Domino commendamus; ſive appoſitiones manuum, ad populum dumtaxat benedictiones, media Epiſcopi manu.* Hinc formulæ illæ poſt lectum Euangelium, aliaque divinæ ſcripturæ oracula : ὅσοι κατηχούμενοι προσέλθετε. οἱ κατηχούμενοι προσέλθετε. ὅσοι κατηχούμενοι προσέλθετε. μήτις τῶν κατηχουμένων, ὅσοι πιστοὶ ἔτι καὶ ἔτι τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Non ergo poſt Euangelium ingrediebantur Catechumeni, ſed egrediebantur. Ex his etiam videri poteſt, quam maxime fallatur

tur Matthæus Blaſtarius, qui exitum Catechumenorum ab Eccleſia non unum ſed diverſum aſſignat. Scribit namque, ut ſupra vidimus, Imperfectiores poſt lectum Euangelium exiſſe, Perfectiores poſt acclamationem Diaconi, *Quicunque Catechumeni*, &c. Re enim vera, ut ex Clemente & aliis Ritualibus Græcorum libris colligitur, poſt orationes illas, quas προσφθέντες dicebant, & Catechumenorum genus omne, & omnes alii, qui in Narthece ſacris intererant, ſe extra Eccleſiam conferebant.

XIII. Vicecomes præterea, cum ex veterum ſcriptorum teſtimoniis ſatis aperte videret, locum Catechumenis intra eccleſiam datum fuiſſe; colligit, Catechumenos, cum eſſent diverſi generis, alios in eccleſia fuiſſe, alios extra illam ſacra myſteria audiiſſe: in eccleſia provectiores, extra eccleſiam qui ſacræ Catecheſis tyrocinia ponebāt. Quæ omnia falſa ſunt. Catechumeni namque, ſive tyrones in fide, ſive Competentes, omnes ſibi locum in Narthece intra Eccleſiam vendicabant: nec niſi contumax, & facinoribus oppletus, quemadmodum & reliqui fideles facinoroſi, eccleſia pellebatur. Quis vero extra eccleſiam ſacra myſteria audierit, ubi perſonant omnia vocibus multitudinis? Etiamſi clamando bene robuſtus ſit atque exercitatus, quantumque poteſt voce contendat, non id faciet legens, ut extra Eccleſiam quiſpiam exaudiat; cum, qui myſteria pandit, vel intra ſanctuarium, vel intra templum id agat; voceque præterea per Narthecem diffuſa, inani clamore extra ambitum eccleſiæ ſtantibus ſonabit. Quis unquam ſomniavit, Catechumenos, etiamſi brevi aquis baptiſmalibus tingendi ſunt, ſacerdoti, facienti, aures præbuiſſe, & Miſſæ ſacrificio interfuiſſe? Nugæ. Dionyſius Areopagita Catechumenos etiam è mortuorum miſſa, in qua Energumenos, & Pœnitentes admittit, extra eccleſiam protrudit; ne, quæ tum illis communicari fas non eſt, audiant, vel videant. Et nota cauſam: *σκόπει δὲ ὅτι νῦν οὐ πᾶσαι κατὰ τὸ συνηθὲς αἱ καθαιρόμεναι τάξεις ἀπολύονται, μόνοι δὲ τῶν ἱερῶν ἐκβάλλονται χώρων οἱ κατηχούμενοι. ἣ γὰρ αὕτη μὲν ἀμύητός ἐστι καθόλου πάσης ἱερᾶς τελετῆς, καὶ πρὸς οὐδὲν οὐ μικρὸν, οὐ μέγα τῶν ἱερῶς τελουμένων ἐποπτεύειν αὐτῇ θεμιτὸν, ὡς οὐδὲ τῆς τῶν ἱερῶν ὀπτικῆς δυνάμεως μετασχούσῃ διὰ τῆς ἀρχιφώτου, καὶ φωτοδότιδος θεογενεσίας. αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν καθαιρομένων τάξεις ἐν μυήσει μὲν ἤδη γεγόνασιν ἱερᾶς παραδόσεως. Conſidera porro hoc loco non omnes pro more ordines, qui expurgantur, dimitti, ſed ſolos Catechu-*

menos ex ſacris locis ejici : propterea quod hic quidem ordo nullum penitus ſacrum myſterium didicit, neque ei fas eſt, quicquam, ſive parvum ſive magnum, eorum, quæ ſancte perficiuntur, aſpicere ; quippe qui ne vim quidem aſpiciendi ſacra habent ab ortu à Deo, ſive Baptiſmo, qui lucis & principium eſt & præbitor : reliqui autem ordines, qui expurgantur, id quidem, quod ſancte traditum eſt, jam didicerunt. His cum ſibi Vicecomes non ſatisfaceret, alia atque alia comminiſcitur; Catechumenos, cum priſcæ novæque legis inſtituta recitabantur, & ſtatæ Miſſæ cæremoniæ fiebant, extra eccleſiam ſtetiſſe, ait. De ſtatis Miſſæ cæremoniis, verum eſt : de priſcæ novæque legis inſtitutorum recitatione, falſum ; cum, dum ea legerentur, intereſſent : &, quæ affert ex Dionyſio, dicto ſuo manifeſtiſſime adverſantur. Committe ſodes verba, & judica. Tum poſt Beroldi verba concludit, poſt Euangelium Catechumenos eccleſiam ingreſſos eſſe ; quaſi idem dixiſſet Dionyſius. An non hoc eſt palam fucum facere? Hinc infert, neceſſaria conſecutione, Catechumenos ante Euangelium extra eccleſiam ſtetiſſe. Logi; quemadmodum & quæ ſequuntur de ſtatione ſublimi, & loco edito ; & quomodo, qui primis noſtræ religionis rudimentis imbuebantur, extra eccleſiam humi, egregie vero eruditi, in eccleſia è ſublimi loco, ſacris operātem ſacerdotem audirent. Hunccine hominem tantis delectatum eſſe nugis? Quæ poſtremo loco ſubdit ex Gregorio Thaumaturgo, & Dionyſio, crepundia ſunt, & magnæ ineptiæ.

XIV. Ante quam de Catechumenorum loco finem faciam, illud etiam animadvertendum eſt, quanam ratione, ob delicta patrata, Synodus Catechumenos puniat, & variarum pœnarum genere, pro delicti acerbitate, eorumque obſtinatione, caſtiget. D. Baſilius Can. xx, tanquam certum firmumque aſſerit, καθόλου τὰ ἐν τῷ κατηχουμένῳ βίῳ γινόμενα εἰς εὐθύνας οὐκ ἄγεσθαι, *Omnino, quæ in Catechumenica vita fiunt, in judicium non venire.* Quod explicat Zonaras : εἶτα καθόλου δίδωσι κανόνα, ὅτι ὅσα ἐν τῷ κατηχουμένῳ βίῳ γίνονται, οὐκ εὐθύνονται, ἀντὶ τοῦ, οὐ κολάζονται. *Tum in univerſum regulam ſtatuit ; quæcunq; nimirum à Catechumenis committuntur, non vocari in judicium, hoc eſt, haudquaquam puniri.* Nec diſſimilia ſunt, quæ tradit in Can. XVII Apoſtolorum : τὸ θεῖον λουτρὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, πάντα πιστευόμεθα ἀποπλύνειν ῥύπον τοῖς βαπτισθεῖσιν ἐνλακέντα πρὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ οὐδὲν ἁμάρτημα τῶν πρὸ

τούτου

τούτου γινομένων τινὶ κωλύει τὸν βαπτισθέντα προβιβάζεσθαι εἰς ἱεροσύνην. *Divinum lavacrum sancti Baptismatis omnes credimus abluere sordes, ipsis baptizatis illitas ante Baptismum; nullumque peccatum, quod ante Baptismum fuerit ab aliquo patratum, prohibet ad sacerdotium promoveri baptizatum.* Et Balsamon in Basilium: εἶτα καθόλου δίδωσι κανόνα, μὴ κολάζεσθαι τοὺς πιστεύσαντας, καὶ βαπτισθέντας, περὶ ὧν ἥμαρτον πρὸ τοῦ βαπτίσματος. *Deinde in summa tradit Canonem, non puniri eos, qui crediderunt & baptizati sunt, de iis, quæ ante Baptismum commiserunt.* Vide eundem ad dictum Canonem Apostolorum. Alexius Aristenus: αἱ γὰρ μήπω τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ βαστάσασαι, οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ ἐπιγινώσκουσιν. *Quæ enim jugum Christi non portarunt, neque illius legem cognoscunt.* Et ad hoc idem probandum efficacissima est ejusdem Basilii ratio: ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. αἱ δὲ μήπω ὑπελθοῦσαι τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν ἐπιγινώσκουσι τοῦ δεσπότου. *Quæcunque enim dicit lex, iis dicit, qui sunt in lege. Quæcunque autem jugum Christi nondum subierunt, eæ nec Domini leges norunt.* Vidit Zonaras dubium; &, dum solvere conatur, alia atque alia, nescio an ex mente tanti Patris, adducit. Verba illius sunt: εἴποι δέ τις ἐναντιοῦσθαι τὸν μέγαν Βασίλειον διὰ τοῦ παρόντος κανόνος τῷ πέμπτῳ κανόνι τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου λέγοντι ταῦτα, κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ ἁμαρτάνῃ, εἰ μὲν γόνυ κλίνων ἀκροάσθω, μηκέτι ἁμαρτάνων, ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. ὁ μὲν γὰρ τῆς συνόδου ὁ κανὼν περὶ ἁμαρτανόντων φησίν, ὁ δὲ μέγας Βασίλειος περὶ ἁμαρτανόντων, καὶ ἤδη ἀπεχομένων τοῦ ἁμαρτάνειν. καὶ οὐδὲ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐδὲ τοῦτο ὅλως ἐπιτιμηθήσονται, ἀλλ' ὅτι οὐκ εὐθυνθήσονται. ὥσπερ γὰρ πάντα τὰ πρὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πραχθέντα ἁμαρτήματα ἀφίενται τῷ βαπτιζομένῳ, οὕτω καὶ ὅσα τις κατηχούμενος ὢν ἥμαρτε, καὶ οὐδ' ὑπὲρ τούτων εἰς εὐθύνην ἀχθήσονται. *Dixerit autem quispiam, adversari hunc magni Basilii Canonem quinto Canoni Neocæsareensis Synodi, qui sic habet: Catechumenus si in Dominicum ingrediens, in Catechumenorum ordine steterit, is autem peccat, si genu flectit, audiat, non amplius peccans; sin autem etiam audiens adhuc peccet, extrudatur. Sed non est ita: etenim Synodicus Canon de iis, qui peccant, accipiendus est; magnus vero Basilius de iis, qui peccaverunt, jamque à peccando abstinent, loquitur. Neque vero hoc asserit, nullam hisce mulctam imponendam, sed, non esse in judicium vocandos: sicut enim universa, quæ ante sanctum Baptisma ad-*

missa sunt, crimina baptizato dimittuntur, ita &, quæcunque aliquis, dum Catechumenus esset, deliquit, ne pro iis quidem in judicium vocabitur. Synodum de Catechumenis peccantibus loqui, Basilium de peccantibus sed jam à peccato abstinentibus? Falsum utrumque; neque enim Synodus, peccantes Catechumenos, si non pœnituerint, inter Audientes collocandos esse, præcipit. Contumaces extra ecclesiam rejiciuntur, neque inter alios sanæ frugis connumerari permittit. Hinc Synodus dicit, eos post peccatum, si peccare desinant, inter Audientes reponi; quod si in peccato perseverent, extra ecclesiam rejici. Ergo, si non pœnitentibus pœnam addit, de illis loquitur, qui post peccatum resipiscunt, & à peccando abstinent; Basilius de mulieribus, quæ ante Baptismum susceptum virginitatem professæ, post Baptismum matrimonium maluerunt: ergo non de abstinentibus à peccato, si tamen illud peccatum fuerit, virginitati, quam ante Baptismum quis devoverat, renunciare; sed de iis, quæ in eodem proposito perseverant, quando post baptismum matrimonio se obstringunt; quas ait D. Basilius non debere cõdemnari; quod, quæ ante Baptismum fiunt, neque in judicium vocentur, neq; puniantur. Quare etiam ridicula est differentia, quam inter ἀνευθύνεσθαι, & ἐπιτιμᾶσθαι in Catechumenis cõminiscitur. Necesse est enim, ut antequam quis puniatur, dummodo pœna debita puniri debeat, in judicium vocetur, h. e. ante Episcopum, vel, cui id oneris incumbat, Magistratum veniat, qui, perpensa causa, & delicto dijudicato, quam commeruerit pœnam, apponet. Alexius Aristenus, ut difficultatis scopulum vitet, à genuina Basilii mente absurdissime aberrat ibidem. αἱ πισταὶ γυναῖκες παρθενίαν ἐπαγγειλάμεναι, καὶ τὰς ὁμολογίας αὐτῶν ἀθετήσασαι τῷ τῆς μοιχείας ἐπιτιμίῳ ὑπόκεινται. αἱ δὲ ὑπὸ αἵρεσιν οὖσαι, καὶ παρθενίαν ὑποσχεθεῖσαι, εἰ μετὰ ταῦτα γάμον ἀνθείλοντο, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ προσῆλθον, οὐ καταδικάζονται, ἀλλὰ βαπτιζόμεναι ἀνεύθυνοι μένουσιν. *Fideles mulieres, virginitatem professæ, postmodum professionem violantes, pœnis obnoxiæ sunt. Quæ vero sub hæresi virginitatem promiserunt, deinde matrimonium maluerunt, & ad ecclesiam venerunt, non condemnantur; sed baptismo ablutæ, in judicium non vocantur.* Hic namque, ut vides, harum mulierum factum mutat; dicitque, professam virginitatem, & matrimonium postea amplectentem, in vita Catechumena, pœnis non subjacere. Quis unquam de hoc dubitavit?

An non ei tum temporis liberum eſt, & virginitatem, quam profeſſa eſt, ſequi, & matrimonio contra profeſſionem copulari? Neque de hoc conſulendus erat Baſilius; de his enim, quæ extra eccleſiam ſunt, eccleſiaſticus non judicat. Difficultas tamen erat, an illa mulier, quæ ante Baptiſmum virginitatem voverat, poſt Baptiſmum ad eam obſervandam teneretur. Et reſpondet Baſilius, non teneri; cum ea obligatio, quæ facta fuit ante Baptiſmum, non obliget poſt Baptiſmum, quando illa poſſet & virginitatem amplecti, & matrimonio jungi; & profeſſio illa ante Baptiſmum etiamſi obligaret, obligatio tamen illa ſolvitur per ſubſequentē Baptiſmum, cum eam privilegia Baptiſmi deleant; & obligatio ad virginitatem, quam quis profitetur, ex præcepto legis ſit, quæ non loquitur, niſi illis, qui ſub lege ſunt; at mulier illa ante Baptiſmum ſub obligante iſta lege non erat; quare nec ipſa obligatur ad eam, quam jam profeſſa fuerat, virginitatem. Nec diverſus videtur Blaſtarius: ὁ δὲ εἰκοστὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὰς αἱρετικὰς γυναῖκας, καὶ μήπω τοῦ θείου ἀξιωμένας βαπτίσματος, ἀλλ᾽ ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει περιμενούσας ἔτι, εἰ παρθενίαν ὁμολογήσαιαν, εἶτα ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἐκδοῖεν, μὴ καταδικάζεσθαι ὡς δεξαμένας τὴν ὁμολογίαν. ὅσα γὰρ ὁ νόμος λέγει τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. βαπτισάμεναι γὰρ τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος σφαλμάτων ἁπάντων συγχώρησιν ἔχουσιν. ἐπεὶ καὶ σύμπαντες οἱ πιστεύσαντες καὶ βαπτισάμενοι οὐδ᾽ ἥντιναοῦν ὑπέχουσι δίκην, ἀνθ᾽ ὧν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἥμαρτον. ταῦτα γὰρ τὰ πρεσβεῖα καὶ ἐξαίρετα τῆς πνευματικῆς ἀναγεννήσεως. *Vigeſimus vero Canon Magni Baſilii, mulieres hæreſi infectas, & nondum ſacro baptiſmate ablutas, & in Catechumenorum ordine immorantes adhuc, ſi virginitatem profeſſæ fuerint, poſtmodum maritis ſe dederint, non condemnari, tanquam profeſſionis violatrices. quæcunque enim lex dicit, iis, qui ſub lege ſunt, loquitur: Baptiſmo etenim lapſuum omnium, quos ante Baptiſmum commiſerunt, veniam conſequuntur. quando & omnes, qui crediderunt, nullis pœnis ſubjacent pro iis delictis, quæ ante Baptiſmum perpetrarunt. hæc enim privilegia ſunt, & prærogativæ, ſpiritualis regenerationis.* Quare alia ratione Synodus & Baſilius conciliandi ſunt. Quod facile fuerit, ſi dixeris, Baſilium Catechumenorum viam non eam intelligere, quam quiſpiam, poſtquam in religionis myſteria bene affectus, ideoq; à Chriſtianis receptus, quidquid oneris eſt Chriſtiani, imbuitur, ingreſſus eſt; ſed eam, quam multo ante, nihil de re Chriſtiana cogitans, amplexatus,

extra Christianæ legis cancellos vivebat : tunc etenim, quidquid ille commiserit, in judicium non vocatur, nec peccans propterea multatur ; cum ea omnia Baptismo adveniente aboleantur. Verum, qui ejurato religionis suæ falsæ cultu in Christiana castra se contulit, & voto Christianam religionem exosculatus, inter illius religionis tyrones degit, ejusdemque mysteriis informatur ; si, antequam lustralibus aquis expietur, charitatis ac pietatis, quam animo fovebat, jugum excusserit, & sceleribus se contaminaverit, cujus vita vere catechumena est, & de qua loquuta est Synodus, tantum abest, ut impune abeat, ut etiam gravissimis pœnis, &, si interim non resipuerit, atrocioribus, & postrema omnium, expulsione ab ecclesia, puniatur. Professionem enim & conditionem suam hujuscemodi homines fallunt ; &, quemadmodum primis, quia in lege non sunt, nec legem acceperunt, nihil reputatur in peccatum ; ita & his, qui jam quodammodo legem Christi acceperunt, & in voto, licet nondum baptizati, Christiani sunt, si mandata violaverint, in judicium vocantur, &, ut tradit Concilium, puniuntur.

XV. Catechumenos sequebantur Energumeni, inter eosdem Pœnitentesque medii : ut enim supra diximus, ultimus erat Catechumenorum, quia prope portam ecclesiæ, locus : semper enim in ecclesia digniorem locum occupabant digniores; at multo digniores sunt Christiani, tanquam qui, sacris mysteriis initiati, per Baptismum vitam sunt consecuti Christianam, & lucem obtinuerunt, iis, qui nondum nati sunt, & in dubio est an adhuc sint nasciturі : ergo digniorem locum habebunt Energumeni, quam ipsi Catechumeni. Locus vero ille dignior judicatur, qui Sanctuario proximior est; quare Energumeni magis ad cancellos applicabuntur, & consequenter Catechumenis superiores ; cum locus dignior superior habeatur & reputetur. Quod etiam ex locis Dionysii Areopagitæ manifesto colligitur ; ne verba rursum repetere cogamur. Præterea Energumenus, & is potissimũ, qui per intervalla quiescit, nec Christi fidem abjurat, nec alio modo blasphemat, dignus est, fitq; aliquando particeps divinorum mysteriorum, & una cum aliis Christi fidelibus communicat. Ergo Catechumeno ipso multo dignior est, & conspectiorem quoq; locum, quã Catechumenus, obtinebit. Quidquid aliter sentiat Vicecomes, de Missæ ritibus lib. II, cap. XLVII.

XVI. Du-

XVI. Dubium eſt, an Energumeni iidem ſint ac illi, quos Græci vocant χειμαζομένους, *hyemantes*. Synodus Ancyrana, Can. XVII: τοὺς ἀλογευσαμένους, καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤγουν λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι. *Iis, qui cum brutis rem habuerunt, quique leproſi ſunt vel fuerunt, juſſit ſancta Synodus, ut inter hyemantes orarent.* Quid ſit, *inter hyemantes orare*, ingenue ſe fatetur neſcire, Dæmoniacos tamen non eſſe, non inſulſis rationibus contendit Zonaras, in eundem Canonem. ἡ σύνοδος διετάξατο εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, ἤτοι μετὰ τῶν χειμαζομένων. χειμαζομένους δέ τινες καλοῦσι τοὺς δαιμονῶντας. οὐκ οἶμαι δὲ τούτους λέγειν ἐνταῦθα τοὺς τῆς συνόδου πατέρας. οἱ γὰρ δαιμονῶντες, ἢ δι' ὅλου μεμήνασι, καὶ οὐδέποτε εὔχονται ἀδιάλειπτον ἔχοντες τὴν μανίαν, ἢ ἐκ διαλειμμάτων πάσχουσι, καὶ ἐν τοῖς διαλείμμασιν ὅτε σωφρονοῦσι, καὶ μεταλαμβάνειν συγχωροῦνται κατὰ τὸν γ΄ κανόνα τοῦ Ἀλεξανδρέως Τιμοθέου. εἰ οὖν τοῖς ἐκ διαλειμμάτων δαιμονῶσι συνεύξονται ἀδιακρίτως οἱ ἀλογευσάμενοι, ἠπράκτησαν διὰ τούτου τοῦ κανόνος αἱ αἱρέσεις, καὶ αἱ διατάξεις τοῦ προλαβόντος κανόνος. τί οὖν ἐστι τό, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. *Inter hybernantes, hoc eſt, cum hybernantibus, orare Synodi decreto jubentur. Hybernantes porro nonnulli arreptitios dicunt; ſed ego, eos hoc loco à Synodi Patribus intelligi, haud exiſtimo. Arreptitii namque vel omnino furioſi ſunt, ac perpetuo inſanientes nullo unquam tempore precationi vacant, vel ex intervallo laborant, eiſque interea, dum ſui compotes ſunt, ex Timothei Alexandrini Canone tertio, etiam communicare permiſſum. Quod ſi cum iis, qui ex intervallo à Dæmone agitantur, ſine diſcrimine beſtiariis hujuſmodi deſultoribus precari conceſſum ſit, quæcunque ſuperiori Canone de variis peccantium ordinibus conſtituta fuerunt, hic Canon evertit. Quid ſit igitur, inter hybernantes orare, haud facile dixerim.* Balſamon ejuſdem ſententiæ eſt, & Zonaram exſcribit. Addit vero, χειμαζομένους eos eſſe, qui in Narthece ſtantes, ſacraſque audientes ſcripturas, locum hyemantium obtinent, neque in eccleſiaſticum ſalutis admittuntur portum. χειμαζόμενοι τοίνυν κληθήσονται κυρίως οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἱστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῶν θείων γραφῶν τόπον ἐπέχοντες χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα τῆς σωτηρίας εἰσελθεῖν μὴ συγχωρούμενοι. *Hybernantes ergo appellabuntur proprie, qui ſunt in Narthece, & divinas ſcripturas audiunt, qui locum eorum tenent, qui hyeme ſeu tempeſtate agitantur, & in eccleſiaſticum ſalutis portum ingredi non ſinuntur.* Non negant tamen, à nonnullis arreptitios

intel-

intelligi. Et in Liturgiis ſuis veteres ὑπὲρ τῶν χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, pro iis, qui ab alieno ſpiritu, tanquam in mari, jactantur, intercedunt. Et Alexius Ariſtenus in eundem Canonem Ancyranum: χειμαζόμενοι δέ εἰσι κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον οἱ ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ κατεχόμενοι. οἱ μετὰ τῶν πιστῶν οὐ συνεχωροῦντο εὔχεσθαι, ἀλλὰ τόπους εἶχον ἀφωρισμένους, καὶ ηὔχοντο ἐν αὐτοῖς. *Hybernantes ſunt, ſecundum magnum Dionyſium, qui à ſpiritu pravo vexantur; qui cum fidelibus orare non permittebantur, ſed loca ſibi habebant præſcripta, in quibus preces effundebant.* Ipſe quoq; notavi ex Scholio in Harmenopuli Can. Epit. Sect. v, tit. III: χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὥς τινες φασίν. *Agitatos autem vocat, à Dæmone tortos, ut aliqui tradunt.* S. Maximus, Scholiis in Dionyſium Areopagitam, de Eccleſ. Hierarch. cap. VI, pro eodem accipit ἐνεργουμένους, & χειμαζομένους. Si in re ambigua meam quoque proferre ſententiam licet, dicerem, hos χειμαζομένους, ſeu tempeſtate jactatos, non eſſe arreptitios illos, neque poſſeſſos à Dæmone; ſed eos, qui variis voluptatum ac deliciarum fluctibus à vero bono, ad inanes iſtos & varios mortiferarum delectationū, animum adverterunt; qui vere χειμαζόμενοι, in continua ſunt ſemper hyeme, ac nimis periculoſa tempeſtate; quos una cum vexatis à Dæmone Dionyſius Areopagita collocat: οἶμαι δὲ ἐγὼ πρὸς τούτῳ, μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς, ὡς ἡ τῶν ἱεραρχικῶν ἀμιγεστάτη διάκρισις πρὸ τούτων οἶδεν ἐνεργουμένους ἐναγεστάτην ἐνέργειαν, ὅσοι τῆς θεοειδοῦς ἀποστάντες ζωῆς, ὁμόφρονές τε καὶ ὁμότροποι τοῖς ὀλεθρίοις γίνονται δαίμοσι, τὰ μὲν ὄντως ὄντα, καὶ ἀθανάτως κτητὰ, καὶ αἰωνίως ἡδέα, δι' ἐσχάτην, καὶ ἑαυτοῖς ὀλέθριον ἀνοησίαν ἀποστρεφόμενοι, τὴν πρόσυλον δὲ καὶ πολυπαθεστάτην ἀλλοίωσιν, καὶ τὰς ὀλλυμένας, καὶ φθοροποιοὺς ἡδονὰς, καὶ τὴν ἀβέβαιον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις οὐκ οὖσιν, ἀλλὰ δοκοῦσιν εὐπάθειαν ἐπιθυμοῦντες, καὶ ἐνεργοῦντες. *Ego vero præterea exiſtimo, atque adeo certo ſcio, eorum, qui hierarchici ordinis ſunt, ab omni admixtione liberam & ſecretam prudentiam, ante hos ſcire, ſceleſtiſſima & maxima nefaria impulſione agitari eos omnes, qui deſerta divina vita & ſententia, ac moribus, cum pernicioſis Dæmonibus conſentiunt, quod ea quidem quæ vere ſunt, & immortaliter poſſidenda, & ſemper jucunda, voluptatiſque plena, per ſummam ipſiſque exitioſam amentiam, averſentur: cum materia autem conjunctum, plurimiſque perturbationibus implicatum, quod alienum eſt naturæ noſtræ, peccatum, pereunteſque ac interitum afferentes voluptates, & inſtabiles in rebus alienis, quæ non ſunt*

ſunt ſed videntur, proſperitates, & optent & ſequantur. Mentem divini Patris expreſſit Pachymeres in Paraphraſi. Et S. Maximus in Scholiis : σημείωσαι ὅτι τοῖς ἐνεργουμένοις κατατάττει, καὶ τοὺς τοῖς σωματικοῖς θελκτηρίοις ἀμετανοήτως ἐπιμένοντας, οἷον τοὺς πόρνους, τοὺς φιλοθεάμονας καὶ τοὺς τὰ παραπλήσια μετιόντας. οὓς ἐξονομάζων ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐπιφέρει, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. *Nota, eum in energumenorum numerum adſcribere etiam illos, qui corporis illecebris ſine animi mutatione & pœnitentia manent ; velut ſcortatores, ſtudioſos ſpectaculorum, & eos, qui ſimilia tractant : quos nominans divinus Apoſtolus ſubjicit, cum ejuſmodi nec cibum ſumere.* Quemadmodum enim inter Catechumenos plerique gradus recenſebantur, ita & inter Energumenos alii quoque præter arreptitios collocabantur ; quales erant, qui ſe in libidines & crapulas effundebant, qui, non minus ac reliqui Energumeni, à paſſionum luxuſque hyeme vexabantur ; inter quos Concilium enormiſſimum hominum genus τῶν ἀλογευομένων amandat, ut cum iis orent. Eos Dionyſius Areopagita, ut ab agitatis à Dæmone ſecernat, ἐνεργουμένους ἐμπαθεῖς, *Perturbationibus agitatos* appellat, & extra eccleſiam rejicit, & ſacrorum etiam auditione privat. πολλῷ γε μᾶλλον ἡ τῶν ἐμπαθῶς ἐνεργουμένων πληθὺς ἀνίερος ἐστι, καὶ πάσης ἀλλοτρία τῆς τῶν ἱερῶν ἐποψίας, καὶ κοινωνίας, ἐπειδὴ τοῦ θείου γεγόνασιν ἔξω ναοῦ, καὶ τῆς ὑπερκειμένης αὐτοὺς ἱερουργίας οἱ τῶν τελετῶν ἀμύητοι, καὶ ἀτέλεστοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ τῆς ἱερᾶς ἀποστάται ζωῆς. *Multo magis profana erit multitudo eorum, qui perturbationibus agitantur, carebitque ſacrorum aſpectu, & communione : cum extra Dei templum facti ſint, pulſique à ſacrificio, quod eorum vires ſuperat, qui ſacris initiati non ſunt, & imperfecti, & cum eis, qui à ſancta vita defecerunt.* Hyemantes itaque, licet ex genere ſint Energumenorum, alii tamen ab iis ſunt, nec locum in eccleſia habent, quem tamen Energumeni poſſident ; inter quos Concilium beſtiarios pellit.

XVII. Tertius locus in Narthece, primus tamen ordine, Pœnitentium erat, quos anteactarum rerum pœnituerat, & cum peccatum retuliſſent, culpas purgando, ſemetipſos corrigebant, tandemque dolore pudoreque confecti, & pœnis præſcriptis exſolutis, una cum reliquis piis fidelibus in templo immorantes, ſanctorum myſteriorum participes efficiebantur. Vicecomes de ritibus Miſſæ lib. II, cap. XLVII, ſcribit, Catechumenos potiorem locum tenuiſſe, quam Pœnitentes. Colligit ex Thau-

Thaumaturgi epist. Canonica : *Auditio est intra in loco, quem Narthecem vocant ; ubi oportet, eum, qui peccavit, stare post Catechumenos, usque ad Catechumenos etiam illinc egredi.* Elicit etiam ex Concilio Constantinopolitano VI, quo sancitum est, ut, qui ecclesiis honorem non exhibent, iis, ne in Catechumenorum quidem stationibus, in ecclesia consistendi sit facultas : *Eos, qui vel cum uxore cohabitant, vel alioquin indiscriminatim sacra loca communia faciunt, & contemptim in ea afficiuntur, & sic in eis permanent, etiam ex iis, quæ sunt in venerabilibus templis, Catechumenorum mansionibus extrudi jubemus.* Ex quibus ita ratiocinatur : quod ejus culpæ affines Synodus velit à Catechumenorū locis extrudi, pœnæ id, & ignominiæ, non honoris esse ; ex quo sequitur, ut inferior Catechumenorū statione iis in ecclesia locus attributus fuerit. Pœnitentes igitur de loci dignitate Catechumenis cōcedebant: idq; intelligi debet de iis Pœnitentibus, qui in fletu, & auditione consistebant ; cœterum, qui in subjectione, parem cum Catechumenis locum sortiebantur; qui vero consistentiæ, vel participationi sacramentorum erant adscripti, etiam Catechumenis statione antestabant. Subjectio autem, seu substratio est, ut intra Templi portam stans cum Catechumenis ingrediatur. Congregatio, sive consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum Catechumenis non ingrediatur. Postremo est participatio sacramentorum.

XVIII. Quamvis ea, quæ supra diximus, satis superque sint ad Vicecomitis dicta de primo Catechumenorum loco refellenda ; eadem tamen ex ejusdemmet etiam dictis redarguamus. Thaumaturgus siquidem nihil simile dicit. En verba : ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι. ἀκούων γάρ φησι τῶν γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς. *Auditio est intra portam in Narthece, ubi oportet eum, qui peccavit, stare usque ad Catechumenos, & tunc egredi. Audiens enim, inquit, scripturas & doctrinam, ejiciatur, & precatione indignus censeatur.* Nihil hic de statione Audientium, respectu Catechumenorum ; sed tantummodo dicit, Audienti tantundem in Narthece immorandum esse, quantum & Catechumenis licet ; quibus egressis, ipse quoque egredi debet ; cum illi nihil aliud, nisi sacrarum scripturarum, & doctrinæ Christianæ auditio, quæ & Catechumenis conceditur, permittatur ; quibus auditis, à Narthece extra ecclesiam

clesiam ejiciatur, tanquam indignus, qui sacris mysteriis, & orationibus fidelium, intersit. De Concilii VI auctoritate quid dicam non habeo; nisi id, quod sæpe miratus sum, hominem scilicet de iis, quæ nullo pacto intelligit, adeo confidenter loqui. Nullus in auctoritate adducta Concilii de Catechumenis sermo est, sed de sacris locis, adjunctisque Templo habitationibus; qualia sunt inter alias Catechumena, ædes nempe sic dictæ à Catechumenis; de quibus alibi forte commodius dicemus. Ait Canon, similia loca, ob templorum reverentiam, enormibus delictis aliisque facinoribus contaminanda non esse; si quis illa indiscriminatim communia fecerit, vel contemnendo in ea permanserit, indigne se gerens, ab eis extrudatur. Concilii verba sunt: τοὺς ἢ γαμετῇ συνοικοῦντας, ἢ ἄλλως ἀδιακρίτως τοὺς ἱεροὺς τόπους κοινοποιοῦντας, καὶ καταφρονητικῶς ἔχοντας, καὶ οὕτως ἐν αὐτοῖς καταμένοντας, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς σεβασμίοις οἴκοις κατηχουμένων ἐξωθεῖσθαι προστάσσομεν. *Eos, qui vel cum uxore cohabitant, vel alioqui indiscriminatim sacra loca communia faciunt, & contemptim in ea afficiuntur, & sic in eis permanent, etiam ex iis, quæ sunt in venerabilibus Templis Catechumenis, extrudi jubemus.* Nihil hic dici potest apertius. Alexius Aristenus ibidem: οἱ κοινοποιοῦντες τοὺς ἱεροὺς οἴκους, καὶ ἐν αὐτοῖς καταφρονητικῶς καταμένοντες, κἂν ἄζυγες εἰσὶν, ἐξωθοῦνται, καὶ τῶν κατηχουμένων. ὡσαύτως καὶ οἱ γυναιξὶ συνοικοῦντες, καὶ οἰκοῦντες ἐν αὐτοῖς. καὶ ὅστις τοῦτο οὐ παραφυλάξει, ἀλλ᾽ ἀδιακρίτως ἔχει περὶ αὐτοὺς τοὺς θείους ναοὺς, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεῖται, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται. *Qui sacras ædes communes faciunt, in ipsis sine ullo sacrorum respectu immorantes, etsi cœlibes sunt, ejiciuntur etiam ex Catechumenis. Pari ratione, qui matrimonio juncti sunt, & in illis habitantes. Et qui hoc non observaverit, sed indifferenter se habuerit erga sanctas ædes, si Clericus est, deponitur; si Laicus, excommunicatur.* Vide Zonaram, & Balsamonem; & risum contine, si potes. Deinde vellem mihi diceret Vicecomes, quanam ipse ratione eum, qui cum uxore propria cohabitat, inter Pœnitentes Audientes collocet; an cum propria uxore esse, peccatum tam atrox est, ut, qui cum ea est, & cohabitationis pœnitere, & inter Audientes constitui, & demum infra Catechumenos, & cum eis à sacris extrudi debeat. Nefas. Peccatum tamen est, si quis, sacra loca contemnens, eaque irreverenter pertractans, cum uxore parum caste in eis habitet, & consuetudine contaminet: quare, quemadmodum

modum ex illis pellendus eſt, qui ſimilia attentat; ita etiam è Catechumenis ejiciendus eſt, qui in eis ſimilia præſumpſerit: eodem enim loco, ac reliquæ ædes ſacræ, Catechumenia habentur. Poſtremo, Pœnitentium ordines confundit, & hunc quidem infra Catechumenos, illum ſupra ponit; & dicta Thaumaturgi ſubvertit. His prænarratis, ad Pœnitentium gradus gradum & ipſi faciamus.

XIX. Pœnitentium gradus fecere quatuor; ſunt enim, πρόσκλαυσις, ἀκρόασις, ὑπόπτωσις, & σύστασις. *Luctus, auditio, ſuccumbentia, & ſtatio.* Baſilius Magnus Can. XXIV, de fornicatoribus: ἔστι δὲ ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν ὡρισμένη τοῖς πορνεύουσιν ἐπιτίμησις. χρὴ δὲ τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας. τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν. τῷ τρίτῳ δεχθῆναι εἰς μετάνοιαν. τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς. εἶτα αὐτοῖς ἐπιτρέπεσθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ. *Eſt autem in quatuor annis præfinitum Fornicatoribus ſupplicium. Oportet autem eos anno primo à precibus expelli, & ipſos deflere ad fores eccleſiæ; ſecundo autem ad Auditionem admitti; tertio admitti ad Pœnitentiam; quarto ad congregationem cum populo, abſtinentes ab oblatione; deinde eis permitti boni communionem.* Can. LVI, de eo, qui ſponte interfecit: ὁ ἑκουσίως φονεύσας, καὶ μετὰ τοῦτο μεταμεληθεὶς εἴκοσιν ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται τοῦ ἁγιάσματος. τὰ δὲ εἴκοσιν ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν προσκλαίειν ὀφείλει ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν, μετὰ δὲ τέσσαρα ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται. ἐν πέντε ἔτεσιν μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. ἐν δὲ ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος ἐξελεύσεται. ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. πληρωθέντων δὲ τούτων μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων. *Qui ſua ſponte interfecit, & poſtea pœnitentia ductus eſt, viginti annis ſacramento non communicabit. Viginti autem anni ſic in eo diſponentur. debet quatuor annis deflere, ſtans extra fores oratorii, & fideles ingredientes rogans, ut pro ſe precentur, ſuam iniquitatem pronuncians: poſt quatuor autem annos inter Auditores recipietur; & quinque annis cum ipſis egredietur; ſeptem autem annis cum iis, qui in ſubſtratione orant, egredietur: in quatuor annis ſolum ſtabit cum fidelibus, ſed non erit oblationis particeps: iis autem expletis, erit ſacramentorum particeps.* Can. LVII, de eo, qui non voluntarie interfecit: ὁ ἀκουσίως φονεύσας ἕνδεκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος

ἔσται

ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. οἰκονομηθήσεται δὲ ἐπ' αὐτῷ τὰ δέκα ἔτη οὕτω. δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει, τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει, ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτων, καὶ ἐν ἐνιαυτῷ στήσεται μόνον, καὶ τὰ ἑξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται. *Qui non voluntarie interfecit, undecim annis sacramentis non communicabit. Vndecim autem anni sic in eo dispensabuntur. duos quidem annos deflebit; tres inter Auditores perseverabit; in quatuor substratus; & anno solum consistet; & deinceps ad sacra admittetur.* Can. LVIII, de Adulteris: ὁ μοιχεύσας ἐν δεκαπέντε ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. οἰκονομηθήσεται δὲ τὰ δεκαπέντε ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτως. ἐν τέσσαρσι μὲν ἔτεσι προσκλαίων ἔσται. ἐν πέντε δὲ ἀκροώμενος. ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτων. ἐν δυσὶ συνεστὼς ἄνευ κοινωνίας. *Qui adulteravit, in quindecim annis sacramentis non communicabit. In his autem quindecim annis sic quoque dispensabitur. Quatuor annis erit deflens; quinque Audiens; quatuor substratus; in duobus consistens sine communione.* Can. LIX, de Fornicatore: ὁ πόρνος ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων, δύο προσκλαίων, δύο προσακροώμενος, καὶ δύο ὑποπίπτων, καὶ ἐν ἑνὶ συνεστὼς μόνον, τῷ ὀγδόῳ δὲ δεχθήσεται εἰς τὴν κοινωνίαν. *Fornicator septem annis non communicabit sanctis: duobus deflens; & duobus audiens; & duobus substratus; uno solo consistens; octavo autem ad communionem admittetur.* Can. LXIV, de Perjuris: ἐπίορκος ἕνδεκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται. δυοῖν ἔτεσι προσκλαίων, τρισὶν ἀκροώμενος, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστὼς μόνον, καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος. *Periurus undecim annis non erit communionis particeps: duobus annis deflens; tribus audiens; quatuor substratus; anno solum consistens; & tunc communione dignus habebitur.* Can. LXXVII, de deserentibus legitimam uxorem, & aliam ducentibus: κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν. *A Patribus nostris canonice statutum est, ut ii anno defleant, biennio audiant, triennio substernantur, septimo cum fidelibus consistant: & ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.* Can. LXXXI, de iis, qui vi tyrannica, & tormentis, vel alio modo, fidem Christi prodiderunt: οἱ μὲν ἀνάγκην χαλεπὴν ἐκ βασάνων ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὴν ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἄδεκτοι ἔστωσαν, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντες, οὕτω δεκτοὶ γενέσθωσαν εἰς τὴν κοινωνίαν. οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προ-

δόντες

δόντες τὴν εἰς θεὸν πίστιν, καὶ ἁψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν δαιμονίων, καὶ ὀμόσαντες ὅρκους ἑλληνικοὺς, ἐκβαλλέσθωσαν μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσιν, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροάσθωσαν, ἐν ὑποπτώσει δὲ εὐξάμενοι ἐν τρισὶν ἔτεσι, καὶ ἐν ἄλλοις τρισὶ συστάντες τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὶ ἔστωσαν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ. *Qui gravem necessitatem ex tormentis sustinuerunt, & non ferentes labores, ad negationem tracti sunt, tribus annis sint non recipiendi, & in duobus audient, &, cum tribus annis substrati fuerint, sic ad communionem admittantur. Qui autem sine magna necessitate fidem in Christum prodiderunt, & Dæmoniorum mensam attigerunt, & Gentilium sacramenta jurarunt, tribus quidem annis ejiciantur, duobus audiant; postquam autem in substratione tribus annis oraverint, & in aliis tribus cum fidelibus ad orationem constiterint, sic admittantur ad boni communionẽ.* Can. LXXXII, de iis, qui voluntarie pejerarunt: εἰ δὲ ἄνευ ἀνάγκης προδόντες ἑαυτῶν τὴν πίστιν, ἐν δυσὶν ἔτεσι προσκλαύσαντες, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν πέμπτῳ ἐν ὑποπτώσει εὐξάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἄλλοις ἄνευ προσφορᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς προσευχῆς παραδεχθέντες, οὕτω τελευταῖον ἀξιόλογον δηλαδὴ μετάνοιαν ἐπιδειξάμενοι, ἀποκατασταθήσονται εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. *Qui autem sine necessitate suam fidem prodiderunt, cum duobus annis defleverint, & duobus annis audiverint, & in quinto in substratione fuerint, & in duobus aliis, sine oblatione, in orationis communionem suscepti extiterint, ita tandem, condigna scilicet pœnitentia ostensa, in Corporis Christi communionem recipiantur.* Can. LXXXIII, de iis, qui Gentium consuetudines sequuntur: ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἑξαετίας, ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν τρισὶν ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν. *Cadant in Canonem sexennii: & postquã anno defleverint, & anno audiverint, in tribus annis substrati, & anno cum fidelibus consistentes, sic admittantur.* Matthæus Blastarius: εἰς τέσσαρας δὲ τάξεις οἱ μετανοοῦντες διῄρηνται, εἰς τοὺς προσκλαίοντας, τοὺς ἀκροωμένους, τοὺς ὑποπίπτοντας, καὶ τοὺς συνισταμένους. *In quatuor ordines dividebantur Pœnitentes; in Deflentes, Audientes, Succumbentes, & Consistentes.* Et Alexius Aristenus in Can. XI Ancyranum: αἱ δεχόμεναι δηλητήρια ἐπὶ τῷ τὰ ἔμβρυα αὐτῶν ἀνελεῖν, ἐπὶ δέκα ἐπιτιμάσθωσαν ἔτεσι. δύο μὲν ἔτη ἔξω τοῦ περιβολαίου τῆς ἐκκλησίας ἱστάμεναι, καὶ προσκλαίουσαι. τρία δὲ παρὰ τοῖς βασιλικοῖς ἔσωθεν πυλῶσι, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἀκροώμεναι, ἄλλην δὲ τετραετίαν ἐντὸς τοῦ περιβολαίου τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ἄμβωνος ὑποπίπτουσαι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων συνεξιοῦσαι,

ἐπὶ δὲ

ἐπὶ ᾗ ἐνιαυτὸν συνιστάμεναι τοῖς πιστοῖς, καὶ τῆς εὐχῶν κοινωνοῦσι. *Quæ noxia accipiunt ad fœtus proprios necandos, decem annos in pœnitentia sint; duos quidem extra ambitum ecclesiæ stantes, & deflentes; tres ad fores Basilicas immorantes, & sacras scripturas audientes; quatuor alios intra ambitum ecclesiæ in postica Ambonis parte succumbentes, & cum Catechumenis egredientes; & unum annum cum fidelibus consistentes, & de precationibus participantes.*

XX. Προσκλαίοντες, *Deflentes*, erant, qui, admisso peccato, extra Ecclesiam stantes, cum luctu & lacrymis eos, qui Ecclesiam ingrediebantur, supplices exorabant, ut pro se misericordiam Dei elicerent. Thaumaturgus epist. Canon. Canon. XI: ἡ πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστὶν, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Fletus, seu luctus, est extra portam oratorii, ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro se precentur.* Basilius Magnus Can. LVI: τὰ δὲ εἴκοσι ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι προσκλαίειν ὀφείλει ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν. *Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur: debet quatuor annis deflere, stans extra fores oratorii, & fideles ingredientes rogans, ut pro ipso precentur, suam iniquitatem pronuncians.* Can. LXXV, de iis, qui cum propria sorore polluti sunt: μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας τριετίαν προσκλαιέτω; τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκὼς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχὴν. ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς κύριον τὰς δεήσεις. *Postquam autem in horrendi peccati sensum & animadversionem venerit, triennio defleat, stans propter fores domus oratoriæ, & rogans populum, ingredientem ad orationem; & unusquisque pro ipso misericorditer ad Dominum intensas fundat preces.* Matthæus Blastarius: καὶ προσκλαίοντες μὲν εἰσιν οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου ἱστάμενοι, καὶ πρὸς τῶν εἰσιόντων τε καὶ ἐξιόντων πιστῶν εὐχήν τε αἰτούμενοι, καὶ τῆς ἁμαρτίας συγχώρησιν. *Et Deflentes quidem sunt, qui extra portas oratorii stant, & à fidelibus introeuntibus & exeuntibus supplicant, ut pro illis Deo preces effundant, ad veniam peccatorum impetrandam.* Balsamon in Can. II Dionysii Alexandrini: ἢ ἐν αὐτῷ τῷ προνάῳ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν. *Et in ipso Pronao ne viris quidem stare permittitur, quibus imposita est pœna, ne in ecclesia versentur, sed ex-*

tra ipsum flere. Græcus Scholiastes Harmenopuli in Epit. Canon. sect. v, tit. III: προσκλαίων ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Plorans, hoc est, stans extra ecclesiam, & ingredientes orans, ut pro se preces fundant.* Quod eleganter Tertullianus, *Fratribus legationes deprecationis suæ injungere.* Προσκλαύσεως exemplum notant apud Eusebium lib. v, cap. XXVIII, ubi de Natali quodam agitur: μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ κυλιόμενον ἐπὶ τοὺς πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν, συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ. *Multis lacrymis errorem suum deflens, ante pedes Zephyrini Episcopi se prosternit, & vestigiis omnium, non modo Clericorum sed etiam Laicorum, multa cum lamentatione, provolutus, in lacrymas & miserationes omnem provocavit Ecclesiam, ut indulgentiam sibi à Christo, continuis & jugibus pro ipso precibus, implorarent*; ut vertebat Ruffinus. Et apud Synesium epist. LXVII ad Theophilum, Alexandrinum Episcopum: Λαμπωνιανὸν Ἰάσων εἷλεν ἀδικίας. ὁ δὲ φθάσας ὁμολογίᾳ τὸν ἔλεγχον ἔχει τὴν δίκην ἐκκλησιαστικῶν συνόδων εἰργόμενος. καίτοι καὶ δάκρυον ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἱκέτης αὐτὸν ἐξῃτήσατο. ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκαρτέρησα. τοῦ δὲ λύσαι τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα. *Lamponianum Iason reum fecit injuriarum: iste autem præveniens confessione probationem, pœnam fert, prohibitus ecclesiastica communione: quanquam emiserit lacrymas ex pœnitentia, & populus supplex illius pœnam deprecatus sit. Verum ego mansi in his, quæ decreta fuerant: solvendi autem auctoritatem ad sacram sedem remisi.* προσκλαιόντων ἐπιτίμιον alio quoque modo expressit Basilius Can. LXXXI: ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἄδεκτοι ἔστωσαν. *Tribus annis non recipiantur*, hoc est, in ecclesiam; sed extra eam impositum sibi onus subeant. Et infra: ὀμόσαντες ὅρκους ἑλληνικοὺς ἐκβαλλέσθωσαν μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσιν. *Qui Gentilium sacramenta jurarunt, tribus quidem annis ejiciantur.* Gregorius Nyssenus epist. ad Letoium: ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι. *Vt qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ob oratione omnino expellantur.* Et infra: ὥστε ἐν μὲν τῷ παντελεῖ ἀφορισμῷ ἐννεατῆ χρόνον διαγίνεσθαι ἀπειργόμενον τῆς ἐκκλησίας. *Vt in perfecta quidem segregatione novem annorum tempore versetur ab ecclesia prohibitus.* Petrus Alexandrinus, orat. de Pœnitentia, προσκλαίοντας vocat καταπενθοῦντας. Quod male explicat Balsamon

διαβιβά-

διαβιβάζειν ἔτη ἐν μετανοίᾳ. Latius namque patet μετάνοια, *Pœnitentia*; cum, quicunque in luctu, in pœnitentia quoque ſit, & non vice verſa, quicunque in pœnitentia fuerit, ſit etiam in luctu. Sed illud obiter hic animadvertendum, προσκλαίειν, *Deflere*, non ſemper eo ſenſu accipi, ut, qui deflet, in loco deflentium permaneat. Colligo ex Balſamone in Can. LXXIII Baſilii Magni. cum enim decreviſſet Baſilius, Chriſtum negantes προσκλαίειν, καὶ ἐξομολογεῖσθαι παρ' ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνον. *Deflere, & confiteri toto tempore vitæ ſuæ*; Balſamon adnotat: τὸ δὲ προσκλαίειν τούτους, καὶ ἐξομολογεῖσθαι δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς λέγουσί τινες μὴ ἐκλαμβάνεσθαι εἰς τὸ ἵστασθαι αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων. τοῦτο γάρ φασιν, ἔξω τῆς συμπαθείας ἐστὶ τοῦ ἁγίου, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τῆς νικώσης πᾶσαν ἁμαρτίαν. διὸ καὶ ἀξιοῦσι προσκλαίειν μὲν τούτους, καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὸ ἁμάρτημα δι' ὅλης τῆς οἰκείας ζωῆς. τοὺς τόπους δὲ τῶν ἐπιτιμίων ἀνύειν κατὰ τοὺς κανόνας τῆς ἐν ἀγκύρᾳ συνόδου. τῆς μέντοι μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων οὐκ ἀξιωθήσονται εἰ μὴ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς. ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ συντίθεμαι καὶ αὐτὸς, ὡς φιλανθρωποτέρᾳ, καὶ ὅτι οὐδὲ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ ἁγίου ἀναφαίνεται τὸ, ἵστασθαι τὸν οὕτως ἡμαρτηκότα εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων. *Illos autem deflere, & per totam vitam confiteri, dicunt nonnulli, non accipi, ad hoc ut ponantur in locum deflentium: hoc enim, inquiunt, eſt à ſancti miſericordia, & Dei clementia, quæ vincit omne peccatum alienum; & ideo volunt, eos quidem deflere, & peccatum confiteri toto vitæ tempore, ſed loca pœnarum peragrare, ſecundum Canones Ancyranæ Synodi: ſed ſacramentorum communione digni non habebuntur, niſi in extrema reſpiratione. Ei autem ſententiæ aſſentior & ipſe, ut humaniori, & quod nec ex ſancti quidem verbis apparet, eum, qui ſic peccavit, ſtatui in loco peccatorum deflentium.* Deflentes itaque extra eccleſiam, pro patratis ſceleribus, fideles eccleſiam ingredientes deprecabantur, ut Deum ſibi propitium redderent, & is delicta commiſſa condonaret: ſtatioque illis erat cum excommunicatis, hæreticis, Gentibus, facinoroſis, contumacibus, & quos ſupra retulimus, energumenis: quibus cum eccleſia interdiceretur, ſolemnis ille locus habebatur; qui non alius erat, quam ipſius eccleſiæ porticus, ſive veſtibulum. Poſtquam enim à ſacris dimiſſi Catechumeni, aliique pœnitentes, extra eccleſiam ſeſe conferebant, neceſſe erat, ut locus ille percommodus aſſignaretur, qui eos à pluviis, & ſolis ac tempeſtatis æſtibus, defenderet; qualem no-

bis ex oratione panegyrica de ecclesiarum ædificatione Eusebius in ecclesiastica Historia dicto loco repræsentavit.

XXI. Ἀκροώμενοι, *Audientes*, sive *Auditores*, erant, qui in Narthece stantes, non in Propylæo, seu Porticu Templi, divinas tum veteris tum novi fœderis Scripturas, & de Fide nostra Conciones, à Præsulibus aliisque habitas, audiebant; quibus finitis, una cum Catechumenis è Narthece extra ecclesiam egrediebantur. Gregorius Thaumaturgus Can. XI: ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι. ἀκούων γάρ φησι τῶν γραφῶν, καὶ τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς. *Auditio est intra portam in Narthece, ubi oportet eum, qui peccavit, stare usque ad Catechumenos, & illinc egredi; audiens enim, inquit, scripturas, & doctrinam, ejiciatur, & precatione indignus censeatur.* Basilius Magnus Can. LVI: μετὰ δὲ τέσσαρα ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται, ἐν πέντε ἔτεσι μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. *Post quatuor autem annos inter Auditores recipietur, & quinque annis cum ipsis egredietur.* Can. LXXV: μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῆς γραφῆς, καὶ τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. *Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, & scripturam ac doctrinam audiens ejiciatur, & nec oratione dignus habeatur.* Nyssenus epist. ad Letoium: ἄλλα δὲ τοσαῦτα ἔτη ἐν τῇ ἀκροάσει παραμεῖναι μόνον τῶν διδασκάλων, καὶ τῆς τῶν γραφῶν ἀκροάσεως ἀξιούμενον. *Alios autem tot annos in auditione permaneat, sola Doctorum & scripturarum auditione dignus habitus.* Hinc vehementer errat Zonaras in Can. XI primi Nicæni: καὶ τρία μὲν ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν. *Ut triennium quidem inter Audientes agant; cum quibus scilicet extra ecclesiam relegati, in Narthece consistant, divinisque scripturis audiendis vacent.* Balsamon item, qui Audientes extra ecclesiam ponit in Can. XIV Nicæni primi: οἱ ἅγιοι πατέρες διορίζονται. ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων. πληρωθείσης δὲ ταύτης ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν προτέραν στάσιν, καὶ τάξιν τῶν κατηχουμένων. *Sancti Patres definiunt. Sed prius triennio extra Templum stare cum Audientibus: eo autem completo, in priorem statum, & ordinem Catechumenorum, recipi.* Neque his melius Alexius Aristenus in Can. XI: ὥστε τοὺς γνησίως ἐξ αὐτῶν μεταμελομένους τρία μὲν ἔτη ἐν τοῖς ἀκροωμένοις, ἤτοι ἐν τοῖς βασιλικοῖς

ἑστάναι

ἑστάναι πυλῶσι, καὶ τῆς θείων ἀκροᾶσθαι γραφῶν. μετὰ δὲ τὴν τριετῆ χρόνον ἔνδον τῶν περιβολαίων τῆς ἐκκλησίας εἰσαχθῆναι, καὶ μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν τῷ ὀπισθίῳ τοῦ ἄμβωνος ἑπτὰ ἔτη διατελέσαι τῇ τῶν κατηχουμένων ἐκφωνήσει ἐξερχόμενοι. *Vt, qui legitime ex his pœnitentiam egerint, tribus annis inter Audientes, sive in Basilicis foribus stent, & divinas scripturas audiant : & post illos tres annos intra ambitum ecclesiæ intromittantur, & cum Succumbentibus in postica Ambonis parte per septem annos permaneant, una cum acclamatione Catechumenorum exeuntes.* Quomodo enim expelli ejicique ab ecclesia potest post scripturarum lectionem, si, dum eæ recitantur, extra ecclesiam est? Si Narthecem extra ecclesiam ponant, male eos intra ecclesiam cum reliquis fidelibus ponunt, quod jam Patres, ut vidimus, asserunt, ex qua postea essent trudendi. Deinde, quomodo ista cum illis Balsamonis convenient in Can. 11 Dionysii Alexandrini? οὐ γάρ εἰσιν οἱ πρόναοι κοινοὶ, ὡς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προαύλια, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν ἀπονεμηθὲν ταῖς γυναιξὶ, ταῖς μὴ κωλυομέναις ἐκκλησιάζειν. ὃς δὴ πρόναος τόπος δεύτερος ἐστὶ μετανοίας ὁ τῶν ἀκροωμένων λεγόμενος. καὶ ἐν αὐτῷ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλὰ ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν. ἔδει γοῦν τοὺς τοιούτους προνάους, εἰς οὓς αἱ τοιαῦται ἀκάθαρτοι γυναῖκες ἔμελλον ἵστασθαι μὴ ἀναπληροῦν τόπον ἐκκλησιῶν ἐξ ὀρθοῦ. *Non sunt enim Pronai communes, ut ecclesiarum vestibula, sed pars sunt ipsarum, mulieribus attributa, quæ in ecclesia versari non prohibentur. Qui quidem Pronaus est locus Pœnitentiæ, qui dicitur Audientium ; & in ipso ne viris quidem stare permittitur, quibus imposita est pœna, ne in ecclesia versentur, sed extra ipsam deflere. Oportet ergo ejusmodi loca, in quibus stabunt ejusmodi immundæ mulieres, ecclesiarum locum directo non implere.* Distinguit Proaulia à Pronais. Proaulia vestibula extra ecclesiam sunt, Pronai in ipsa ecclesia, quos Nartheces alii nuncupant; & eos esse secundum Pœnitentiæ, Audientium scilicet, locum, affirmat: à quibus ii, quibus in ecclesiam ingredi interdicitur, arcentur. Ergo Audientes, qui in Pronaïs collocantur, extra ecclesiam non immorantur, sed in ipsa ecclesia; à qua, dum tempus est, ejiciuntur. Ex Balsamone sua habuit Scholiastes Græcus in Harmenopuli epit. Canonum dicto loco. Melius rem tangit Blastarius, qui veteres secutus, non potuit non ex eorum ingenio loqui: ἀκροώμενοι δὲ οἱ ἔνδοθεν τῆς θύρας ἱστάμενοι ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῆς κοινῆς ἐπακούοντες διδασκαλίας.

εἶθ' οὕτω μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξερχόμενοι. *Audientes vero sunt, qui intra portas stant in loco, qui dicitur Narthex, & divinas scripturas & communem doctrinam audiunt; tum demum cum Catechumenis exeunt.*

XXII. Ὑποπίπτοντες, *Succumbentes*, qui intra ecclesiæ septa manebant, & cum Catechumenis egrediebantur; quod Basilius Magnus Can. XXII, & alibi; δεχθῆναι εἰς μετάνοιαν dixit. Thaumaturgus: ἡ δὲ ὑπόπτωσις ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. *Subjectio autem sive substratio est, ut intra Templi portam stans cum Catechumenis egrediatur.* Basilius Magnus Can. LVI: ἐν δὲ ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος ἐξελεύσεται. *Septem autem annis cum iis, qui in substratione orant, egreditur.* Can. LVII: ἔπειτα εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν καὶ προσέπεσε τῷ κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας, καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς δίδοται αὐτῷ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσιν. *Deinde siquidem illam cum lacrymis exquisivit, & Domino cũ cordis contritione & valida humilitate supplex procidit, datur ei substratio in aliis tribus annis.* Nyssenus epist. ad Letoium: ἐν δὲ τῇ τρίτῃ ἐννάδι μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν ἐπιστροφῇ προσευχόμενον οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁγιάσματος δηλαδή. *In tertio autem novenario cum substratis in conversione orans, ut perveniat ad communionem, sacramenti scilicet.* Zonaras in Can. X Thaumaturgi: ὑποπίπτειν, τουτέστι τῆς τάξεως τῶν ὑποπιπτόντων, οἵτινες ὑποσυνεύχονται μὲν τοῖς πιστοῖς εἰσιόντες εἰς τὸν ναὸν, ἐξέρχονται δὲ ὡς οἱ κατηχούμενοι. *Hoc est, ab eorum, qui succubuerant, ordine. Porro hi cum fidelibus quidem precantur, Templum introeuntes: cæterum more Catechumenorum egrediuntur.* Blastarius: ὑποπίπτοντες δέ εἰσιν οἱ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενοι, κατόπιν δὲ τοῦ ἄμβωνος, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων, καὶ οὗτοι ἐξιόντες, ἡνίκα τὸ, ὅσοι κατηχούμενοι, ἐκφωνηθείη ὑπὸ τοῦ διακόνου. *Succumbentes vero sunt, qui intra ecclesiam stant post Ambonem, & cum Catechumenis exeunt, cum à Diacono illud acclamatum fuerit, Quicunque Catechumeni.* Ex Blastario descripsit Scholiastes Græcus in Harmenopulum: ὑποπίπτων, ἤγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξερχόμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Succumbens, hoc est, stans intra ecclesiam post Ambonem, & cum Catechumenis exiens.*

XXIII. Quid vero ὑπόπτωσις sit, in ipsis Canonum expositoribus nondum comperi: ex Dionysio tamen Areopagita colligo, de eccles. Hierarch. cap. V, nihil aliud esse quam genuum flexio-

flexionem, una cum ipsius corporis incurvatione; ea namque ratione pœnitens submittit se, succumbitque expurganti. κοινὰ μὲν ἐστι τοῖς ἱεράρχαις καὶ ἱερεῦσι, καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν, ἡ πρὸς τὸ θυσιαστήριον προσαγωγὴ, καὶ ὑπόπτωσις. *Communia quidem sunt & Pontificibus, & Sacerdotibus, & Ministris, cum cooptantur, & consecrantur, accessus ad divinum altare, & substratio.* Et infra: ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγὴ καὶ ὑπόπτωσις αἰνίσσεται. *Ad divinum itaque altare accessus & substratio innuit* Quæ nulla alia fuerit, quam illa, ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου. Et: ὁ δὲ ἱερεὺς ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου. Et: ὁ δὲ λειτουργὸς ἕνα τοῖν ποδοῖν κλίνας. *Vtroque genu flexo ante sacrarium.* Et: *Sacerdos autem flexis ante sanctum sanctuarium utrisque genibus.* Et: *Minister vero genu altero flexo.* Nec aliud voluisse Dionysium, habeo ex Maximo in Scholiis: ὑπόπτωσις ἡ γονυκλισία. *Hypoptosis genuum flexio*; idque probabilissima ratione. Basilius cap. XXVII ad Amphilochium, de Spiritu sancto: καὶ καθεκάστην δὲ γονυκλισίαν, καὶ διανάστασιν ἔργῳ δείκνυμεν, ὅτι καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς γῆν κατερρύημεν, καὶ διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κτίσαντος ἡμεῖς εἰς οὐρανὸν ἀνεκλήθημεν. *Porro in unaquaque genuflexione, & assurrectione, re ipsa ostendimus, quod etiam propter peccatum in terram delapsi fuimus, & per ejus, qui nos creavit, clementiam in cœlum revocati sumus.* Balsamon ibidem: ἀλλὰ καὶ αἱ γονυκλισίαι οὐκ ἀσύμβολοι ἡμῖν εἰσι. σημαίνει γὰρ ἡμῖν ἡ εἰς γῆν κατάκλισις, ὅτι ἁμαρτάνοντες εἰς γῆν κατερρύημεν, ἤγουν πεπτώκαμεν. ἡ δὲ ἐκ τῆς γῆς αὖθις ἀνάνευσις, καὶ ἀνάστασις, ὅτι ἐκ τοῦ πτώματος ἀνεκλήθημεν διὰ χάριτος τοῦ θεοῦ φιλανθρωπευσαμένου περὶ ἡμᾶς. *Sed nec genuflexiones inconsiderate à nobis geruntur. Significat enim in terram quidem inclinatio, quod peccantes in terram lapsi sumus, seu decidimus; ex terra autem rursus assurrectio, & elevatio, quod à lapsu conversi sumus per gratiam Dei, qui clementia in nos usus est.* Quod cum non animadvertissent Zonaras & Balsamon, fœdissime lapsi sunt, in Can. XI Nicæni primi. Hic: ἑπτὰ δὲ ἔτη ὑποπίπτειν, ἤτοι ἵστασθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ὄπισθεν μέντοι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Septem autem annis substerni, sive intra ecclesiam stare, sed post ambonem, & cum Catechumenis exire.* Et in Can. XVIII: ὑποπίπτειν δὲ αὐτῶν διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *esse subter illos, eo quod coguntur egredi cum Catechumenis.* Et in Can. XIX Thaumaturgi: εἰ δὲ καταδικασθῶσι τάττεσθαι σὺν τοῖς

ὑποπίπτουσιν, ἤγουν ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Sin autem condemnati fuerint, collocari cum iis, qui substernuntur, scilicet egredi cum Catechumenis.* Ille: ἑπτὰ δὲ ἔτη ὑποπίπτειν, ἤτοι ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Septem annis in substratione sint: hoc est, in ecclesiam quidem ingrediantur, verum secundum Ambonem stent, & cum Catechumenis exeant.* Alexius Aristenus in Can. XXXI Nicænum: μετὰ δὲ τὴν τριετῆ χρόνον ἔνδον τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας εἰσαχθῶσι, καὶ μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν τῷ ὀπισθίῳ τοῦ ἄμβωνος ἑπτὰ ἔτη διατελέσωσι τῇ τῶν κατηχουμένων ἐκφωνήσει συνεξερχόμενοι. *Post tres annos intra ecclesiæ ambitum introducantur, & una cum Succumbentibus in postica Ambonis parte per septem annos maneant, cum Catechumenorum acclamatione exeuntes.* An idem sonant Balsamoni & Zonaræ, Aristeno, & Blastario, stare & succumbere, substernere se & exire cum Catechumenis? Licet verum sit, Succumbentes hosce una cum aliis moram, cum liceret, traxisse, tum demum ab ecclesia egressos cum Catechumenis. Et plus aliquid infert τάττεσθαι σὺν τοῖς ὑποπίπτουσι, *collocari cum succumbentibus*, quam exire cum Catechumenis. Quæ propterea sit μακρὰ ὑπόπτωσις, *longa substratio*. Vide apud Zonaram, & Balsamonem in Canon. XVI Ancyrani Concilii.

XXIV. Συνεστῶτες, sive συνιστάμενοι, *Consistentes*, ii vocabantur, qui cum aliis fidelibus stantes orabant, necdum tamen ad sacramenta admittebantur. Preces enim fideles stantes peragebant, non solum tanquam qui cum Christo consurrexerunt, &, quæ supra sunt, quærunt, sed quod etiam seculi, quod expectatur, viderentur imago; ut Basilius tradit cap. XXVII ad Amphilochium, de Spiritu Sancto, & Balsamo, Scholiis in eundem: & quamvis ibi de Dominica & Pentecoste sermo sit, referri tamen & ad alia possunt. Basilius: ἐν ᾗ τὸ ὄρθιον σχῆμα τῆς προσευχῆς προτιμῶντες οἱ θεσμοὶ τῆς ἐκκλησίας ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν. *In qua rectam orationis figuram præferre nos Ecclesiæ ritus docuere.* Addit Balsamon: ὥσπερ τὸν νοῦν ἡμῶν ἐκ τῶν γηΐνων ἐπὶ τὰ οὐράνια διὰ τῆς ἐναργοῦς, ἤτοι φανερᾶς ὑπομνήσεως. ὑπομιμνησκόμεθα γὰρ διὰ τοῦ ὀρθίου σχήματος ἄνω ὁρῶντες τῶν μελλόντων, καὶ οὐρανίων. *Mentem nostram veluti excitantes à terrenis ad cælestia, per evidentem & manifestam admonitionem. Per rectam enim figuram sursum aspicientes, futurorum & cælestium admonemur.* Thaumaturgus: ἡ σύστασις ἵνα συνιστῆται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρ-

μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum Catechumenis non egrediatur.* Synodus Ancyrana, Can. XXV: οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας. *Hi, qui conscii fuerunt, jussi sunt decem annis, inter eos, qui consistunt, recipi.* Basilius Magnus Can. LVI: ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. *In quatuor annis solum stabit cum fidelibus, sed non erit oblationis particeps.* Can. LXXV: καὶ οὕτως ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἀποδείξηται τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω χωρὶς προσφορᾶς. καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. *Et sic postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, decimo anno in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione; & cum duobus annis una cum fidelibus ad orationem substiterit, sic deinceps dignus habeatur boni communione.* Scholiastes Græcus in Harmenopulum: συνεστὼς, ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μήπω ἀξιούμενος. *Consistens, hoc est, una cum fidelibus orans, sacramentis vero non communicans.* Balsamon, in Can. IV Basilii Magni, Trigamos ait ἵστασθαι εἰς τὸν τόπον τῶν ἀκροωμένων ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μετὰ ταῦτα συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς μέχρις ὅλης πενταετίας, καὶ ἔκποτε καρποὺς ἀξίους ἐπιδειξαμένους τῆς μετανοίας ἀποκαθιστᾶν εἰς τὸν τόπον τῆς κοινωνίας. *stare in loco Audientium tribus annis, & postea cum fidelibus consistere ad quinquennium usque; & ab eo tempore ostensis fructibus dignis pœnitentiæ, in communionis locum restitui.* Alexius Aristenus in Can. XI Nicæni primi: καὶ μετὰ παρέλευσιν τοῦ ἑβδόμου ἔτους ἐπὶ δυσὶν ἄλλοις ἔτεσιν μετὰ τῶν πιστῶν τὴν σύστασιν δέξασθαι κοινωνοῦντες αὐτοῖς τῶν προσευχῶν μέχρι συμπληρώσεως τῆς μυσταγωγίας, τῆς θείας μέντοιγε μεταλήψεως οὐδαμῶς τοῖς δυσὶ τούτοις μεταλαχῶσιν ἔτεσιν. ἀλλὰ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς μετοχῆς τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται. *Et post annum septimum exactum, per alios duos annos cum fidelibus consistant, eorundem precationum participes, quousque finierit Mystagogia. Divinæ vero communionis per hos duos annos nullo modo participes fiant; sed illis exactis, & communione mysteriorun digni erunt.* Blastarius: συνιστάμενοι δὲ οἱ τοῖς πιστοῖς μὲν συνευχόμενοι καὶ συμψάλλοντες, τῆς δὲ τῶν ἁγιασμάτων ἀπεχόμενοι μεταλήψεως μέχρις ἂν ἐξήκοντος τοῦ νενομισμένου χρόνου τὸ τέλειον αὐτοὺς τῆς θείας ἐκδέξηται κοινωνίας. *Consistentes vero sunt, qui simul cum fidelibus orant & canunt, à sacrorum mysteriorum participatione abstinentes, donec adveniente secundum leges illis præscripto tempore perfectum eos sacræ communio-*

nis excipiat. Συνίστασθαι dicitur ab aliis, κοινωνῆσαι, κοινωνῆσαι εὐχῆς, Canon. IV Ancyranus : κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, Can. VI : κοινωνίας τυγχάνειν τῆς εἰς τὰς προσευχάς, Can. XVI. Alii κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς τῶν εὐχῶν : quod dictum notat Zonaras ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι αὐτοῖς, καὶ συνεύχεσθαι, *hoc est, cum eis simul consistere, precibusque fundendis vacare* : εὐχὴ χωρὶς προσφορᾶς, Can. XXIII : κοινωνεῖν τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν, Can. XI Concilii Nicæni. συστῆναι τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, Basilius Magnus, Can. LXXXI.

XXV. Refert Balsamon in Can. IV Thaumaturgi, nonnullorum fuisse sententiam, consistentiam cum fidelibus, sacramentorum quoque participationem tacite sequi, συνέπεσθαι τῇ μετὰ τῶν πιστῶν συστάσει, καὶ τὴν τῶν ἁγιασμάτων μέθεξιν σιωπηρῶς. Neque ipse videtur ab hac sententia alienus, cum in Can. XIX Laodiceni Concilii tradat : ἐν μετανοίᾳ δέ εἰσιν οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως. *In Pœnitentia sunt, quibus propter peccata pœna injuncta est, qui etiam sancta communione digni habentur.* Sed id omnino falsum esse, pluribus evincitur. Primo, semper Canones, Patresque cæteri, Consistentiam istam à Sacramentorum participatione separant: eam namque dicunt esse faciendam χωρὶς προσφορᾶς, χωρὶς κοινωνίας, χωρὶς ἁγιασμάτων, χωρὶς μεταλήψεως, & sexcenta alia. Adde, si stantes isti, corporis & sanguinis Christi participes essent, statio ista neque pœna esset, neque diceretur ; cum nullum pœnitentium & reliquorum piorum fidelium discrimen cerneretur. Et tamen Pœnitentes hi, stantes, orantesque cum aliis, ἐν ἐπιτιμίοις esse dicuntur, tempusque in illis moræ præscribitur. Non ergo possident quidquid alii fideles non pœnitentes habent, & in aliquo illis inferiores judicantur : id non fuerit aliud, quam privatio sacramentorum ; quæ inter pœnas ecclesiasticas non infimum locum obtinebat. Basilius Magnus Can. XIII : τάχα δὲ καλῶς ἔχει συμβουλεύειν ὡς τὰς χεῖρας μὴ καθαροὺς τριῶν ἐτῶν τῆς κοινωνίας μόνης ἀπέχεσθαι. *Rectum autem forte erit consulere, ut, qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communione abstineant.* Σύστασις ista dicebatur præterea σύναξις, quod una cum reliquis fidelibus congregarentur. Theophilus Alexandrinus ad Menam Episcopum : καὶ μὴ βουλομένην ἀναστεῖλαι τὴν ἀδικίαν ἐχώρισαν τῆς συνάξεως. ἐπειδὴ τοίνυν εὗρον, ὡς τὸ ἑαυτῆς κακὸν θεραπεύουσα βούλεται συναχθῆναι, θέλησον παρασκευάσαι αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν,

κίαν, ᾗ πεῖσαι μετανοῆσαι, ἵν' οὕτως εἰ συνίδῃς, ὅτι νόμῳ θεοῦ προέρχεται τῆς συνάξεως ὀρεγομένη, ἐπιτρέψῃς αὐτὴν μετὰ τοῦ λαοῦ συνάγεσθαι. *Nec ab eo desistere volentem, à communione separaverunt. Quia ergo inveni, quod, suo malo curam adhibens, vult communicare, fac, ea ita se comparet, ut injuriam primum deponat, & pœnitentiam agere in animum inducat; ut, si sic intellexeris, quod lege Dei accidit, synaxin desiderans, permittas ei, ut cum populis congregetur.* In quem locum Balsamon: τότε ἐπίτρεψον αὐτῇ τὴν μετὰ τοῦ πιστῶν λαῶν σύναξιν καὶ σύστασιν ἐν τοῖς ὕμνοις. *Tunc ei permitte cum fidelibus populis congregari, & in hymnis consistere.*

XXVI. Et ne, in tanta hominum varietate turbæ exortæ, sacris officiis essent impedimento, & ab intento Dei cultu fideles averterent, Subdiaconi, quibus id ex officio incumbebat, portis Ecclesiæ, quæ in Narthecem populum inferebant, assidentes, introëuntibus, atque exeuntibus, tum etiam in Narthece stantibus, omnibus modum imponebant, dissidia sedabant, voces comprimebant, lites componebant, &, ne quid tum temporis tumultus oriretur, sedulo curabant: nec ab eis abscedere, nisi prius officiis peractis, licebat. Synodus Laodicena Can. XXII: ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν, οὐδὲ τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν. *Quod non oportet Ministrum ferre orarium, neque ostia relinquere.* Et Can. XLIII: ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας κἂν βραχὺ τὰς θύρας ἐγκαταλείπειν, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζειν. *Quod non oportet ministros vel brevi tempore fores relinquere, & orationi vacare.* In quos Canones Alexius Aristenus: διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ οἱ ὑπηρέται τῆς ἐκκλησίας τὰς θύρας καταλιμπάνειν ὀφείλουσιν, ἀλλὰ μέχρι τέλους τῆς θείας μυσταγωγίας ἐκεῖσε ἵστασθαι, καὶ τὸ ἀνῆκον αὐτοῖς λειτούργημα ἐκπληροῦν. *Propterea itaque neque Ministri Ecclesiæ, portas relinquere debent, sed ad finem usque sacræ mystagogiæ prope illas permanere, & debitum sibi ministerium explere.* Zonaras: τὸ δὲ μὴ ἐγκαταλιμπάνειν τὰς θύρας, τοιοῦτόν ἐστι, τὸ παλαιὸν περὶ τὰς θύρας ὑπηρέτουν τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλοντες τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, ὅτε ἔδει. διὸ καὶ νῦν αὐτοὶ ἐκφωνοῦσι τό, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε. εἰ δὲ νῦν οὐ περὶ τὰς θύρας ἀσχολοῦνται, οὐ θαυμαστόν. πολλὰ γὰρ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάλαι γινομένων, νῦν ἄλλως ἐκράτησε γίνεσθαι. *Illud vero, ne à foribus abscedant, ita intelligi debet: siquidem antiquis temporibus, ad fores ecclesiæ consistere, ibique Catechumenis, & iis, qui in Pœnitentium ordine censebantur, cum opus foret, emittendis operam dare Hypodiaconi soliti erant.*

erant. Propterea nunc quoque illud, Quicunque estis Catechumeni, procedite, ipsi pronunciant. Quod si hoc tempore nequaquam ad fores ecclesiæ assident, non est cur miremur; multi enim alii antiqui Ecclesiæ mores nunc quidem omnino immutati sunt. Et: ὑπηρέτας, τοὺς ὑποδιακόνους εἶναι φασὶ, τοὺς δὲ ὑποδιακόνους ταῖς θύραις τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐφίστασθαι ὤφειλον. τούτους οὖν ἐν τῷ τῆς λειτουργίας καιρῷ, οὐ χρὴ, φησὶν ὁ κανὼν, τὰς θύρας ἀφιέναι, καὶ εὐχῇ σχολάζειν. *Ministri, quos Hypodiaconos esse asserunt, sanctarum ecclesiarum foribus assistere, decreto jubebantur. Eos igitur, ait Canon, quo tempore sacra mysteria peraguntur, à sua statione discedere, precationique vacare nequaquam oportet.* Et Theodorus Balsamon: ὥσπερ δὲ τοῖς διακόνοις τοῦτο ἀπενεμήθη, δέδοκται καὶ τοὺς ὑποδιακόνους τὰς θύρας τῶν ἐκκλησιῶν κατέχειν, καὶ εἰσάγειν καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σήμερον παρὰ τῶν ὑποδιακόνων λέγεται τὸ, ὅσοι πιστοὶ, δηλονότι, οἱ μὴ πιστοὶ, ἀλλὰ κατηχούμενοι ὄντες ἐξέλθετε, οἱ δὲ πιστοὶ ἵστασθε, ὀψόμενοι τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θυσίαν. *Quemadmodum autem hoc Diaconis est attributum, visum est, Hypodiaconos quoque Ecclesiarum fores tenere, & Catechumenos introducere & educere, & eos qui sunt in Pœnitentia. Propterea enim hodie quoque ab Hypodiacono dicitur illud, Quotquot fideles, qui scilicet non estis fideles, sed Catechumeni, egredimini; Fideles autem state visuri sanctorum mysteriorum sacrificium.* Et: εἰρήκαμεν ἐν τῷ κβʹ κανόνι, ὑπηρέτας εἶναι τοὺς ὑποδιακόνους, καὶ ἔχειν αὐτοὺς πᾶσαν ἀνάγκην ταῖς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν θύραις ἐφίστασθαι κατὰ τὸν τῆς λειτουργίας καιρὸν χάριν τοῦ εἰσάγειν καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, τοὺς ἐν μετανοίᾳ, καὶ τοὺς λοιπούς. ἐπεὶ οὖν τινες ἐκ τούτων τὴν ἀνατεθειμένην αὐτοῖς διακονίαν καταλιμπάνοντες ἥπτοντο τῶν θείων ἁγιασμάτων, ὥρισαν οἱ πατέρες παρὰ ταῖς θύραις τῶν ἐκκλησιῶν τούτους προσεδρεύειν, καὶ μὴ μεταχειρίζεσθαι τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ κατὰ τοὺς ἱερεῖς. *Diximus in* XXII *Canone, Ministros esse subdiaconos, & eos necessario oportere sanctarum ecclesiarum foribus adsistere tempore sacrificii, ut introducant & educant Catechumenos, & eos qui sunt in Pœnitentia, & reliquos. Quia ergo nonnulli ex iis, relicto sibi attributo ministerio, sacramenta attingebant, statuerunt Patres, ut ii ecclesiæ foribus assideant & divina ministeria non aggrediantur, nec pro populo precentur instar sacerdotum.* Et ante Synodum, Clemens in Constitut. Apostol. lib. VIII, cap. XI: οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, ὅπως μήτις ἐξέλθῃ, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν πιστός τις

ἢ κατὰ τὴν

ἢ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. *Diaconi autem ſtent ad januas, quibus viri in templum ingrediuntur, & Hypodiaconi ad januas, quibus mulieres; ne quis egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis, quamvis ſit aliquis Fidelis.* Quemadmodum enim Diaconi Sanctuarii foribus cuſtodiendis præerant, ut noto ex Dionyſio Areopagita, de eccleſiaſt. Hierarch. cap. v: καθαρτικὴ τοίνυν ἐστὶν ἡ λειτουργικὴ διακόσμησις, ἐπὶ τὰς φανὰς τῶν ἱερέων ἱερουργίας ἀνάγουσα τοὺς κεκαθαρμένους, καὶ τοὺς ἀτελέστους ἀποκαθαίρουσα, καὶ μαιευομένη ταῖς καθαρτικαῖς τῶν λογίων ἐλλάμψεσι, καὶ διδασκαλίαις, καὶ προσέτι τοὺς ἀνιέρους τῶν ἱερέων ἀμιγῶς ἀποδιαστέλλουσα. διὸ καὶ ταῖς ἱεραῖς αὐτὴν ἐφίστησι πύλαις ἡ ἱεραρχικὴ θεσμοθεσία. *Eſt igitur vi expiandi præditus ordo Diaconorum, cum eos, qui expiati ſunt, ad illuminantia Sacerdotum ſacra deducat, & eos, qui nondum initiati ſunt, expiet, expiantibuſque ſcriptorum divinorum ſplendoribus ac doctrinis inſtituat, & quaſi obſtetricum more, educet, ac propterea profanos à ſacris ſecernat. Itaque ſanctis januis eum præficit Pontificii juris inſtitutum*; ut dignos ſcilicet, & deputatos, ad ſacra Chriſti myſteria manuducerent: ita & Hypodiaconi eccleſiæ portarum curam gerebant, eoſq; qui in Narthece locum habebant, in officio continebant.

XXVII. Stabant itaque extra eccleſiam in porticu, ſi aderat, Deplorantes, cum aliis deſperatæ ſalutis hominibus; in Eccleſiæ foribus Hypodiaconi; in Narthece prope portas Catechumeni: primo quidem Audientes, & Pœnitentes; poſtmodum Competentes, vel genua flectentes: ſequebantur Energumeni; ſed non Hyemantes, qui extra eccleſiam erant: Energumenos excipiebant ex Pœnitentibus Audientes; tum demum Subſternentes ſe; reliqui fideles, & Pœnitentes quoque Conſiſtentes, & Monachi in Nao.

XXVIII. Si quis dicat, ſubſecutis poſt Apoſtolos eorumque diſcipulos temporibus, ſimilia in deſuetudinem abiiſſe, aliaque eorum loco introducta; idque ex Patrum monumentis colligi; non moror: nemo id inficias eat. Sed nos Narthecem antiquiſſimum, illiuſque uſum vetuſtiſſimum, non rerum in eum introductarum ſeriem, deſcripſimus. Eum porro non ſemper eundem fuiſſe, ſed alium atque alium pro opportunitate temporis, alii ante me etiam ex antiquiſſimis obſervarunt. Tertullianus lib. de Præſcript. adverſus Hæreticos, cap. XLI. *Quis Catechumenus, quis fidelis, incertum eſt; pariter adeunt, pariter audiunt,*

diunt, pariter orant. S. Maximus in Scholiis, in cap. III, de ordine eorum, qui expurgantur: Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ ἀκρίβεια αὕτη νῦν τῆς τῶν τοιούτων διαστολῆς τε, καὶ διαστάσεως οὐ γίνεται. *Sciendum est autem, hujus talium rerum differentiæ & diversitatis nunc non servari ad amussim eundem modum.* Et Zonaras in Can. XIX Laodicenum: ἀλλὰ νῦν τὰ τῶν ἐν μετανοίᾳ οὐ γίνεται, οὐκ οἶδ' ὅπως σχολάσαντα. *Verum hoc tempore, quæ ad Pœnitentes spectant, nescio quomodo intermissa obsoleverunt.*

XXIX. Et hæc de antiquioribus. Quid de recentissimis? Nihil intactum reliquum est, sed omnia ludibrio temporis cesserunt. Audi Simeonem Thessalonicensem, opusculo contra Hæreses: ἐξάγονται μὲν οὖν οἱ κατηχούμενοι, ἀλλὰ καὶ οἱ παραπεπτωκότες μετὰ τὸ βάπτισμα οἱ θεοῦ ἀρνήσει περιπεσόντες, ἢ αἵματι χρανθέντες ἀδελφικῷ φόνον ἐργασάμενοι, ἢ καὶ ἕτερά τινα πεπραχότες τῆς κοινωνίας ἀπείργοντα. οἳ δὴ πάντες ἐξωθοῦντο πρότερον τῶν κατηχουμένων ἐξερχομένων. νῦν δὲ διὰ τοὺς διωγμοὺς, καὶ συνεχεῖς περιστάσεις, οὕτω τῶν πατέρων καλὸν εἶναι λογισαμένων κατηχούμενοι μὲν καὶ ἀρνησάμενοι, καὶ φονεύσαντες ἐξωθοῦνται. οἱ δὲ λοιποὶ βάπτισμα μόνον κεκτημένοι ἀφίενται ἰδίᾳ τῆς μετανοίας αὐτῶν παρὰ τῶν πνευματικῶν πατέρων ἐνεργουμένης. οὗτοι οὖν οἱ ἐξωθούμενοι περὶ τοὺς νάρθηκας ἵστανται, ἢ καὶ ἐν τοῖς κατηχουμένοις τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐκτελουμένων. νάρθηκες δὲ λέγονται, ἤτοι τῶν ναῶν ἀρχαὶ, καὶ κατηχουμενεῖα, ἤτοι τῶν κατηχουμένων ὁ οἶκος. ἃ καὶ διὰ τοῦτο ἐπενοήθη, ἵνα καὶ οὗτοι δι' ἀκοῆς, καὶ ὁράσεως μόνης μετέχωσι τῶν θείων, καὶ διὰ τῶν χειλέων δὲ καὶ τῆς γλώττης ὁμολογῶσι τὴν πίστιν, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα ᾄδωσιν. οὐ κοινωνοῦσι δὲ τῆς στάσεως τοῖς πιστοῖς, οὐδὲ τῆς εὐχῆς. ἀκοινώνητοι γὰρ καὶ διϊστάμενοι ἔτι. εἰ οὖν τῆς ἐν τῇ λειτουργίᾳ στάσεως καὶ εὐχῆς ἀνάξιοι, πολλῷ γε μᾶλλον τῆς φρικωτάτης κοινωνίας. *Educuntur itaque Catechumeni, ii etiam, qui post Baptismum lapsi sunt, & divinam fidem ejurarunt, & illi quoque, qui, fraterno sanguine impiati, cædem patrarunt, aut alia facinora perpetrarunt, quæ omnes à communione arcet. Qui una simul omnes foras protrudebantur cum exeuntibus Catechumenis. At nunc ob persecutiones, & frequentes rerum turbas, id percommodum fore Patres existimassent. Catechumeni, Apostatæ, & Sicarii, extra pelluntur. Cæteri, si baptismo solum insigniantur, separatim relinquuntur, pœnitentiam eorum spiritualibus Patribus procurantibus. Hi vero, qui extruduntur, sese sistunt in Narthecibus, aut in Catechumeniis, dum tremenda mysteria peraguntur. Nartheces porro sunt, vel templorum initia, vel Catechumenia, vel domus*

ipsa Catechumenorum: quæ ideo excogitata sunt, ut & hi auditu tantummodo & visione divinorum fiant participes, labiis vero & lingua fidem profiteantur, & pietatis verba concinant: stationis vero, precumque fidelium non communicant, cum adhuc sint sejuncti, & separati. Si itaque statione, & supplicatione, quæ in Missa habetur, indigni sunt, multo magis, quam maxime tremendæ communionis, fuerint. An hic aliquid est, quod cum antiquo Narthece conferas? Plane omnia novam faciem, à vetusta illa quam diversissimam, induerunt.

XXX. Illud etiam hîc obiter observandum est, Pœnitentes, exsolutis pœnis, quæ ipsis erant impositæ, modoque, præscribente quidquid ad perfectam pœnitentiam requirebatur, absoluto, in gratiam cum aliis piis fidelibus redeuntes, communione corporis & sanguinis Christi, à quibus tantopere abstinuerant, dignos effectos, uti reliquos divinæ legis cultores fuisse pertractatos. Quod illi dicebant præcipue, ne reliquas formulas hic recenseam, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, τελείως δεχθῆναι, μεταχεῖν τοῦ τελείου, τοῦ τελείου τυχεῖν, τοῦ τελείου καταξιωθῆναι, εἰς τὸν τόπον ἵστασθαι τὸν τέλειον, μετὰ τῶν πιστῶν τῆς τελειώσεως ἀξιοῦσθαι. Mysteriorum participes facti, absoluta perfectaque rerum omnium sacrarum possessione ditabantur, tanquam qui perfecti facti, cum perfectis per supplicationes perfectas, non tantum ipsi perficiebantur, sed perfectum etiam corpus Christi absumebant. Habeo ex S. Maximo ad verba illa Dionysii epist. VIII, προτελείους εὐχάς. προτελείους μὲν ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τὰς τῶν γάμων μετὰ τῶν θυσιῶν εὐχάς. τὸν γὰρ γάμον τέλος ἐκάλουν, ὡς τελειοῦντα πρὸς τὸν βίον τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτο ἐκ πολλῶν κωμῳδίας ποιητῶν δεικνύναι δυνατόν. μυστήριον γοῦν εἶχον τὸν γάμον. ἔλεγον δὲ καὶ προτελίζεσθαι. καὶ τὸ προμυεῖσθαι, καὶ οἱονεὶ προκαθαίρεσθαι εἰς ἑτοιμασίαν μυστηρίου, ὡς Κρατῖνος δηλοῖ ἐν πυλαίῳ δράματι. μάλιστα γὰρ τὰ μυστήρια τινὸς τῶν ψευδωνύμων αὐτῶν θεῶν τέλη, καὶ τελετὰς ἐκάλουν, ὡς τελειούσας, καὶ εἰς τὸ τέλειον ἀγούσας τοὺς τελουμένους. τὸ γοῦν παρ' Ἕλλησιν ἀσεβῶς λεγόμενον εἰς τὸ τῆς ἀληθείας μυστήριον ὠνόμασεν ὁ μέγας Διονύσιος, καὶ προτελείους εἶπεν εὐχάς, τὰς πρὸ τοῦ ζωοποιοῦ μυστηρίου τελειωτάτας δεήσεις ὑπὲρ καθάρσεως, καὶ ἀκατακρίτου μεταλήψεως τοῦ τελειοτάτου, καὶ τελειοποιοῦ τῶν θυσιῶν δώρου. *Cæterum Athenienses* προτελείους *preces eas dixere, quæ una cum hostiis nuptias præcurrebant. Nuptias enim* τέλος *vocabant, ut quæ hominem initient, & perficiant ad vitæ istius conservationem. Et hoc multis*

tis Comœdiæ scriptorum testimoniis demonstrare possumus. Nuptias itaque pro sacramento habebant, & dicebant προτελίζεσθαι, *& ante initiari; quasi dicerent, ante rem sacram lustrari, ac puros reddi ad mysterii apparatum; ut Cratinus exponit in dramate, cui Pylææ nomen est: potissimum enim mysteria falsorum deorum* τέλη, *&* τελετὰς, *nuncupabant, tamquam quæ perficerent, & in perfectionem conducerent eos, qui initiabantur. Quod igitur à Gentilibus ad impietatem referebatur, hoc ad nostræ verissimæ religionis mysterium derivavit Pater ac magnus Dionysius, &* προτελείους *dixit eas precationes, quæ initiationem præeunt sacramenti pro impetranda expiatione, ac nulli præjudicanda transmutatione perfectissimæ simul & perficientis gratiæ sacramentorum.* Sua habuit ex Maximo Pachymeres: ideoque alii τέλειον τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν exposuere. Et Petrus Alexandrinus evidentius expressit Can. VIII: εὔλογόν ἐστιν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας συνεπιχύειν, καὶ κοινωνεῖν ἐν πᾶσιν ἕνεκεν τῶν προσευχαῖς, καὶ τῇ μεταλήψει τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου. ἵν' εὐτονώτερον ἀγωνισάμενοι καταξιωθῶσι καὶ αὐτοὶ τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κλήρώσεως. *Æquum est, in exultatione cordis vires simul addere, & eis omnibus communicare, & in orationibus, & in participatione corporis & sanguinis, & sermonis adhortatione; ut, qui constantius decertaverint, ipsi quoque supernæ vocationis bravio digni reddantur.*

XXXI. Hæc habui, vir doctissime, quæ, in re confusa atque implicata, de veteris Ecclesiæ Narthece dissererem, ac dissolverem. Cæterum, si tuo illa ingenio ac judicio, tuæque doctrinæ, probari mox placita sensero, operæ me ac studii pretium fecisse quam maximum, reputabo. Vale.

FINIS.

LEONIS ALLATII, DE GRÆCORVM HODIE QVORVNDAM OPINATIONIBVS, EPISTOLA.

LECTORI TYPOGRAPHVS.

Inposueram finem præcedentibus. Et ecce, inopinato adest ab Auctore Syntagma insuper aliud. Quod proinde, pro curiosis rerum peregrinarum, quæ quidem ad negotium de strigibus, spectris, & inanibus vulgi persuasionibus, pertinent, subjicere visum est. Quanquam & sparsa ibi reperies aliqua seria, antiquitatem & veritatem, notatu haud indignam, subindicantia. Vale.

Præſtantiſſimo ac doctiſſimo Medico,

PAVLO ZACCHIÆ,

LEO ALLATIVS

S. P. D.

I. EA eſt humani ingenii conditio, Vir clariſſime, ut, neglectis recentioribus, & de quibus non temere, ſed certe, cum ea propriis oculis uſurpat, dijudicare poteſt, ad remotiora, & quæ jam longo temporum intervallo evanuerunt, nec conjici poſſũt, conatus omnes ſuos intendat, eaque ex penetralibus antiquitatis, conjectura levi, vitroque fallaci, nec id, quod eſt, ſed aliud longe diverſum referente, augurans expiſcetur. Hinc ſæpiſſime ridiculi fiunt ſcriptores, &, cum ſe placuiſſe aliis exiſtimant, ab iiſdem, quorum benevolentiam affectant, & quibus palpum obtrudunt, ludibrio habentur. Erit etiam, cum hæc noſtra futuris ætatibus, ab iis, qui eruditionis famam ambiunt, ſedulo perquirentur, in quibus referendis nos, qui ea vidimus, non nugari eos, ſed plane inſanire diceremus, quod longiſſima, & à veritate disjunctiſſima commemorabunt. Ab his itaque ego edoceri cuperem, quidnam ſit, in antiquitate, dicta perquiſitione & admiratione dignum, quod in noſtro ævo, & majori cenſu non approbari poſſit plauſibilius. Mores, conſuetudines, virtutes, vitia, ſtudia in hac vitæ humanæ rota ac circulo, ſemper eadem ſunt, eademque redeunt, ſæpenumero præſtantiora. Amplior hic eſſet diſſerendi campus, quam male de rebus noſtris, nihilo, vetuſtiſſimis illis, deſpectioribus, promereamur, dum, his neglectis, ad antiquiora confugimus, & interim patimur, hæc eadem, ſilentii tenebris obvoluta, intercidere, ut ad ea poſtmodum captanda Delio natatore opus ſit; &, quantum nos in noſtris incurii ſimus, qui noſtra contemnimus, & ad aliena anhelamus. Sed, iſta innuiſſe, ſatis fuerit, cum Zacchia mihi ſermo eſt, qui alios docere,

docere, non ab aliis edoceri poteſt. Vt vero ſenſum meum concludam; ſemper mihi in animo fuit, de Strigibus, & Veneficis, & vana de hiſce hominum religione, aliquid in commentaria referre. Impedierunt aliorum clariſſimorum Scriptorum monumenta; qui hæc ad amuſſim pertractarunt, & fere nihil fuit in antiquitate, quod oculatiſſimi ipſi non penetrarint. Impediit Zacchiæ doctrina, qui hæc omnia, ſaltim potiora, in quæſtionibus Medicolegalibus, divino hercle opere, verſavit, tractavit, & ludos fecit. An ego itaque adeo iners fuero, ut nihil proferam, quo Zacchiam meum demerear, & gratiam, quam ipſi cumulatiſſimam debeo, rependam? Antiqua, & quæ aliorum ſcriptis tradita ſunt, ſane ſuppetunt nulla; quia ille naviter ea ſcit omnia, & callet. Recurri itaque ad hæc noſtra de Strigibus, aliaſque recentiorum in Græcia hominum opinationes. utut ſunt, ea in unum collegi, & acerrimo tuo judicio offero. Videbis, quantum malus ille humani generis hoſtis ſemper vulgo illuſerit, eumque plenis amentiæ ſententiis implicuerit, ut à vero Dei cultu abduceret. Si quid fuerit, quod non bene exciderit, multa autem fore nullus dubito, quam in me ſemper, in mea quoque ſcripta auctoritatem exerce. Tuæ erit humanitatis & prudentiæ, informem ingenii mei fœtum, magis ingenua atque elegante veſte induere, ut gratior ſpectabiliorque parenti accedat.

II. Omiſſis itaque, quæ de Strigum, & Lamiarum, & Lilith Hebræorum, nominibus ſcriptores, tum recentiores tum veteres, in unum aggerunt, & quæ paſſim obvia cuique ſunt; quæ homines in Græcia poſteriores de illis opinantur, dicam. Exiſtimant, vetulas quaſdam, paupertate miſeriaque conſpicuas, cum nihil probi in genus humanum moliri queant, ad maleficium animum appellere; ideoque, cum Dæmone ſocietate inita, quæ Dæmonem ipſum oblectent, ſummopere machinari. quare pulveres, unguenta, herbas, aliaque eius generis, cum natura ſua timidiſſimæ ſint, & caveant, ne in facinore deprehendantur, viris parum aut nihil moleſtiæ exhibent, mulieribus, tanquam imbecillioribus, & infantibus potiſſimum, malam rem multaſque ærumnas dant, halitu afflatuque adeo pernicioſo, ut eo ſolo vel dementent, vel vitæ periculum afferant. Infantes, tum natos & vagientes, adoriuntur; quorum ſanguinem

avidiſſime emungunt, ita ut exanimes relinquant; quandoque etiam rei noxiæ contactu ita inficiunt, ut ſemper, quod eſt reliquum vitæ, valetudinarii traducant: ideoque, quando nati ſunt, ante quam ſacris undis Baptiſmatis abluantur, quod apud eos octavo poſt partum die peragitur, nunquam pueri abſque cuſtode ſoli relinquuntur. Quod ſi, antequam ſanguinem ebiberint, parentes pueros periclitantes perſenſerint, ſtrepitu edito manibuſque comploſis eas fugant: quæ ſubito, ne comprehendantur, foras proripiunt ſe; ita tamen, ut puer, licet mortuus non ſit, ex contactu illo male habeat in poſterum; donec vel dolore capitis, vel inteſtinorum læſa compage, plorans, & à cibo abſtinens, nec unquam quieſcens, mortem oppetat. Et miratus ſum ſæpius, quanam Græci ratione, cum ad hoc malum baptiſmales aquas remedium habeant præſentiſſimum, eas ad octavum uſque diem differant. nec aliquid adhortatione perfeci: malunt enim vigiliis, & manifeſto periculo, diutius immorari, quam vel minimum de ſeveritate conſuetudinis imminuere. Ita ipſi amant quæ ſua ſunt; &, cum pene innumera in tam ſevera obſervatione, quam ipſi profitentur, immutarint, hoc, adeo commodum atque utile, parum prudenter, in ſui tam manifeſtam perniciem, negligunt. Sed de hiſce Græcorum ritibus alius erit dicendi locus.

III. Maleficam, ab Latinis deflexo vocabulo, στρίγλαν, *ſtriglam* vocant, & reconditiori nomine Γελοῦ, ſive Γελλὼ, ſive Γιλλὼ, *Gelu*, ſeu *Gello*, ſive *Gillo*. Narrant veteres, Gellonem, puellam formoſiſſimam, virginem vita deceſſiſſe, & ejus ſpectrum, in lecto oberrans, immaturam pueris necem afferre: voluntque, illius meminiſſe Sapphonem; hincque ortum adagium: Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα, de iis, qui puerorum amore inſanirent. Suidas: Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα. αὕτη ἄωρος ἐτελεύτησε, καὶ τὸ φάσμα αὐτῆς ἐδόκουν, ἐπὶ τὰ παιδία, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀώρους θανάτους ἰέναι. *Gellone ipſa magis pueros amans. Hæc immatura morte obiit; illiuſque ſpectrum in pueros, & immaturas mortes, abire exiſtimabant.* Proverbiorum ſylloge: Γελλὼ παιδοφιλωτέρα, ἐπὶ τῶν ἀώρως τελευτησάντων. ἤτοι ἐπὶ τῶν φιλοτέκνων μὲν, τρυφῇ δὲ διαφθειρόντων αὐτά. Γελλὼ γάρ τις ἦν παρθένος, καὶ ἐπειδὴ ἄωρος ἐτελεύτησε, φασὶν οἱ Λέσβιοι αὐτῆς τὸ φάντασμα ἐπιφοιτᾶν ἐπὶ τὰ παιδία, καὶ τοὺς τῶν ἀώρων θανάτους αὐτῇ ἀνατιθέασιν. μέμνηται ταύτης Σαπφώ. *Gello magis amans pueros.*

de iis,

de iis, qui immature moriuntur, vel de iis, qui filios tenere amant, sed luxu eos perdunt. Gello enim erat virgo quædam; & cum immature obiisset, tradunt Lesbii, ejus spectrum ad pueros accedere; & mortes aliorum immaturas ipsi ascribunt. meminit illius Sappho. Ignatius, Diaconus Constantinopolitanus, in vita Tarasii Patriarchæ, quando verba Græca non habui: *Est enim apud Græcos in fabulis fœmina quædam, Gello nomine, quæ dicitur, cum immatura morte vitam abrupisset, quibusdam spectris accessisse ad recens natos infantes, & eos interfecisse. hujus fabulæ pellecti ac decepti spiritu, qui ea dicebant probabiliter, conantur ad mulierculas transferre hoc execrandum scelus, & eis ascribere, in spiritum conversis, causam eorum, qui moriebantur ante tempus.* Ex eo factum est, ut ad præsens Striges, quia infantibus mala machinantur, & eorum sanguinem exsugentes, sive alia ratione, mortem conciliant, Gellones dicantur. Nicephorus Callistus, lib. XVIII, cap. IX: Ἡ δέ γε μήτηρ κατὰ τὸν τοῦ τόκου καιρὸν ἐκ γῆς ξενίζουσάν τινα, καὶ παρηλλαγμένην ἔλεγεν εὐωδίαν ἀναῤῥυῆναι. Καὶ τὸ γραῶδες δὴ τοῦτο, καὶ ἐμοὶ τέως ἄπιστον προστιθεῖ, πολλάκις λέγουσα, καὶ τὴν μὲν φασὶν Ἔμπουσαν, Γιλὼ δ' ἂν ἄλλος εἴποι, τῆς κοίτης μεταθεῖναι τὸ βρέφος, ὡς τοῦτο βρώξουσαν, μηδαμῶς δὲ δυνηθεῖσαν τοῦτο λυμήνασθαι. *Mater vero ipsa, partus tempore, è terra novum quendam & variantem suavitatis odorem redditum esse dixit: illud insuper, quod anicularum est, & mihi prope incredibile, addens, persæpe eam, quæ Empusa vocatur, alius vero Gilo dixerit, infantem ex cubiculo, veluti eum devoraturam, attulisse, nihil tamen detrimenti ei afferre potuisse.* Michaël Psellus, nomen esse ex Hebræis deductum, fatetur. Ἡ δὲ Γιλλὼ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον καὶ πολυθρύλλητον ὄνομα, οὔτε δαίμων τίς ἐστιν, οὔτε ἄνθρωπος ἀθρόον εἰς ὠμότητα θηρίου μετενεχθείς. Ἀπήρηται γὰρ πᾶσι φιλοσόφοις, τῆς φύσεως ἡ μετάβασις, καὶ οὔτε θηρίον ποτὲ ἂν ἐξανθρωπισθείη, οὔτε μὴν ἄνθρωπος εἰς θηρίον μετενεχθείη. ἀλλ' οὔτε εἰς δαίμονα, οὔτε εἰς ἄγγελον. ὀνόματα δὲ δαιμόνων, καὶ δυνάμεις αὐτῶν πολλάς τε καὶ ἐν πολλοῖς γνοὺς, οὔτε παρὰ τοῖς λογίοις, οὔτε παρὰ ταῖς ἀγγελικαῖς βίβλοις τῷ Πορφυρίου τῇ Γιλλῷ ἐντετύχηκα. ἀπόκρυφον δέ μοι βιβλίον ἑβραϊκὸν τοῦτο τὸ ὄνομα προσέπλασεν. ὁ δὲ τὸ βιβλίον γράψας τὸν Σολομῶντα ποιεῖται ὑπόθεσιν, κἀκεῖνον εἰσάγει, ὥσπερ ἐν δράματι τὰ τῶν δαιμόνων ὀνόματα καὶ τὰς πράξεις ἀγγέλλοντα. ἔστι γοῦν παρ' αὐτῷ ἡ Γιλλὼ δύναμίς τις πρὸς τὰς γενέσεις, καὶ τὰς οὐσίας ἀντίθετος. αὕτη γοῦν τά τε κυοφορούμενα φησὶν, ἀναιρεῖ, καὶ ὁπόσαι τὰς μήτρας διολισθήσοι, καὶ χρόνος αὐτῇ τῆς ἀναιρέσεως ἐνιαύσιος ὥρισται. εἶτα δὴ δεσμεῖ

αὐτὴν ἡ ἀδράστια. ἀλλ' ἥγε σήμερον ἐπέχουσα δόξα τοῖς γραϊδίοις τὴν δύναμιν ταύτην παρέχεται. περιοῖ γοῦν τὰς παρηβηκυίας, καὶ ἀφανῶς εἰσοικίζει τοῖς βρέφεσιν. εἶτα θηλάζειν ποιεῖ ταύτας καὶ πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς βρέφεσιν ἀποῤῥοφᾷν ὥσπερ ὑγρότητα. τὰ γοῦν συντακέντα τῶν νεογνῶν Γιλλόβρωτα αἱ περὶ τὴν λεχὼ ὀνομάζουσιν. *Gillo vero, antiquum & apud omnes decantatum nomen, neque Dæmon est, neque homo statim in belluæ crudelitatem transvectus. Pernegant enim omnes Philosophi naturæ immutationem; & neque bellua unquam hominem induet, neque homo bestia fiet; immo neque Dæmon, neque Angelus. Nomina porro Dæmonum, & eorum facultates multas apud plerosque cum agnoverim, neque apud Eruditorum, neque Porphyrii monumenta, quæ de Præstigiis tractant, Gillonis nomen offendi. Sed illud mihi volumen reconditum, Hebraice nomen suggessit. Auctor Solomonem ipsum veluti in dramate introducit, nomina Dæmonum actionesque enunciantem. Ergo, concepta utero, & in lucem prodeuntia perimit, ut ajunt; cædisque ipsi tempus anniversarium conceditur; tum demum eam Adrastea vinculis adstringit. Sed opinio, quæ modo omnium animos occupat, vetulis facultatem similem exhibet. Effœtis itaque jam ætate alas addit, & clanculum ad infantulos convehit; tum exsugere facit, omnemque, qui in infantulis est, humorem absorbere. Quare, quæ recens nata contabuerunt, mulieres, quæ custodiendæ puerperæ operam navant, Gillobrota, hoc est, à Gillone devorata, nuncupant.*

IV. Vt malum avertant, plura comminiſcuntur. ſed potiſſima ſunt: vigiles nocturni, ſæpe locati; qui nullam partem noctis quieſcunt, pueri, ſive vigilantis ſive dormientis, curam habentes: lampades, ſacris imaginibus accenſæ; quæ totum etiam thalamum illuminant: ſuffitus, quibus eaſdem imagines venerantur, & domum univerſam luſtrant. Allii caput alii appendunt cunis, quod contra veneficia remedium eſſe, eaque impedire, exiſtimatur: alii corallium, & alia, ne ſingula recenſeam, alii quoque ſe religioſius gerunt, cum crucem Domini, aut ejus imaginem, puero applicant. Et ut recentioris Græciæ mores ſpectes non multum ab antiqua diverſos, pro ſimilibus malis avertendis, ad Deum, Beatamque Virginem, & alios Sanctos, quos ſibi fortunæ miſeræ multumque jactatæ portum ac perfugium tenent, ſeſe conferunt, & vario pietatis effectu opem ſibi contra mala procurant. Hinc plures, ex lampadum, ante dictos Divos accenſarum, oleo, bombycem ſeu goſſipium intinctum,

in

in cavum calamum ingerunt, ut oleum conſervetur, nec aliarum rerum contactu diſpereat. eo, poſtquam domum revenerint, puerorum infirmorumque partes præcipuas illinunt, & Sancto, cujus ex lampade oleum eſt, commendant. Nec eos ſpes fruſtratur; cum, ſine alio medico, malo ſic remedium inveniant. Oleo nomen eſt ἅγιον ἔλαιον, vel ἔλεος, *ſanctum oleum*. Illius uſum antiquiſſimū eſſe, & etiamnum in Eccleſia, diebus Sanctorum titularium ſolemnibus, vel alterius maximæ dignationis, completis officiis ad unguendas facies uſurpari, auctor Typici teſtis eſt; à quo modum illius intinctionis, & dies quibus ea fiat, ita colligo, cap. XII: Εἶθ' οὕτως ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσιν ἅγιον ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ ἁγίου τοῖς ἀδελφοῖς. εἰ δὲ καὶ ὁ προεστὼς ἠξίωται τῆς ἱερωσύνης αὐτὸς ἐπιχρίει τοὺς ἀδελφοὺς ἀπὸ τῆς τοιαύτης εὐλογίας ἐμβάπτων τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους τοὺς δύο, καὶ οὐχὶ τὸν ἕνα. μετὰ δὲ τὸ δοῦναι τὸ ἅγιον ἔλαιον γίνεται τελεία ἀπόλυσις. ἐκ τούτου οὖν τοῦ σημείου σημείωσαι καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς τῶν ἁγίων, ἐν αἷς δίδοται ἅγιον ἔλαιον. Καὶ οὕτως ἑορτάζομεν πάσας τὰς ἑορτὰς τῶν ἁγίων, ἐν αἷς γίνονται ἀγρυπνίαι. *Tum demum Sacerdos exhibet ſanctum oleum fratribus ex lampade Sancti. ſi vero, qui præeſt, ſacerdotis dignitate præfulget, ipſe fratres inungit ea benedictione, duos digitos, & non unum tantum, inficiens. Poſt exhibitum ſacrum oleum, omnium dimiſſio fit. Ex hoc itaque ſigno, notato & alias Sanctorum ſolemnitates, in quibus ſanctum oleum diſtribuitur. Et hac ratione omnes ſanctorum ſolemnitates celebramus, in quibus vigiliæ fiunt.* Dabatur vero Septembris die octava in Nativitate B. M. Virginis; die XXVI Ioanni Euangeliſtæ ſacro; Octobris die XXVI in ſolemnitate Sancti Demetrii; ſi unguentum, quod ex illius corpore manat, non ſuppeteret; quod ſi adeſt, eo fratres unguntur: Novembris die XIII; in die feſto Ioannis Chryſoſtomi; die XXI in ingreſſu Deiparæ in Templum; Decembris XXV in Matutino, die Natalis Domini; Ianuarii primo in feſtivitate ſancti Baſilii Magni; XX die ſancti Euthymii Archimandritæ; XXV die Sancti Gregorii Nazianzeni; XXX die trium Hierarcharum, Baſilii, Gregorii & Chryſoſtomi; Aprilis XXIII die ſancti Georgii Martyris; Maji VIII die ſancti Ioannis Euangeliſtæ; Iunii XXIV in Nativitate ſancti Ioannis Baptiſtæ; XXIX die Apoſtolorum Petri, & Pauli; Auguſti VI die Transfigurationis Dominicæ; XXIX die decollationis ſancti Ioannis Baptiſtæ. Palladius ad Lauſum in Macario Alexandri-

no : Εἰς ἣν σπλαγχνισθεὶς καὶ ἐπευξάμενος, ἐλαίῳ τε ἁγίῳ ἀλείφων αὐτὴν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐν εἴκοσιν ἡμέραις ταύτην ὑγιῆ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐξαπέστειλε πόλιν. Et infra : Παραδίδωσιν οὖν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀλείψας αὐτὸν ἁγίῳ ἐλαίῳ, ἐπιχέων αὐτῷ ὕδωρ ηὐλογημένον. *Cujus commiserans, fusis precibus, & sacro oleo eam propriis manibus inungens ad dies viginti, immunem à malo redditam, in civitatem propriam dimisit.* Et infra : *Restituit itaque eum patri suo, inunctum sacro oleo, & aqua benedicta perfusum.* Cyrillus Scythopolitanus in vita Sancti Sabæ : Τὸν ὕψιστον θέμενος καταφυγὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἐλαίου τοῦ πανσέπτου σταυροῦ ἐπιῤῥάνας τὸν τόπον ἔμεινεν αὐτόθι τὰς ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς. *Altissimum refugium sui instituens, & ex oleo venerandæ admodum Crucis locum aspergens, ibidem diebus Quadragesimæ immoratur.* Et cap. LXIII, uncta oleo Crucis per totum corpus, liberatur à Dæmone. In vita quoque sancti Nili Iunioris, lampadum oleo, vexati à Dæmonibus, liberantur : Καλέσας τὸν τῆς ἱερατείας τὴν τάξιν ἐνδεδυμένον κελεύει αὐτὸν ἐπελθεῖν ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, καὶ ἐπευξάσθαι τῷ νοσοῦντι, ἀλεῖψαι τε αὐτὸν ἐλαίῳ τῆς κανδήλας, καὶ ἀπολῦσαι. Τούτου δὲ γενομένου παραχρῆμα ὁ νέος ἰάσεως ἠξιώθη. Τοῦ δαίμονος ἀπὸ τῶν αἰσθητηρίων αὐτοῦ ὡσεὶ καπνὸς ἐξελθόντος. *Vocatum Sacerdotali ordine fungentem jubet ire in oratorium, &, fusis super ægrotum precibus, ungere illum de oleo lampadis, ac dimittere. Quod ubi factum, statim juvenis sanitati restitutus est, egresso, instar fumi, de naribus ejus, Dæmone.* Vide etiam eundem infra. Recentiora jam, nec omnibus nota, hic afferam. Georgius Pachymerius, Histor. lib. XI, cap. X, de Michaële, Andronici senioris filio, Imperatore : Ὅθεν κἀκεῖθεν ἀπαναστὰς ἐν Πηγαῖς παραθαλασσιδίῳ γίνεται πόλει. ὅπη δὴ καὶ ἐσύστερον λύπῃ, καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς διὰ τὰ συμβάντα, νόσῳ περιπίπτει βαρείᾳ, καὶ ἐγγὺς ἦλθε τοῦ κινδυνεῦσαι, καὶ ἐκινδύνευσε. Τοῖς γὰρ ἰατροῖς ἀπέγνωστο, εἰ μήγε προσεπεφθάκει τῆς παρθένου, καὶ θεοτόκου προφανὲς ἔλεος. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο καθαρμὸν συνάψαι. ἔκειτο μὲν οὖν βασιλεὺς τὰ λοίσθια πνέων, εἶπε τις. ἐπείληπτο γὰρ, καὶ ἀναισθήτως εἶχε πρὸς ὅ, τι καὶ οἱ ἰατροὶ ἔδρων ἐκεῖνον. μηνύματα δὲ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ βασιλέα. ἡ μὲν χρεία καὶ ταχύτατα προσεπήγνυτο, ὁ δὲ καιρὸς ἀντέβαινεν, ἀντιβαινούσης θαλάσσης, καὶ ὁ πλοῦς ἐπείχετο. Τέως δὲ δυσχερῶς μεθ' ἡμέρας φθάνουσι καὶ τὰ πεμφθέντα ἐκεῖθεν γράμματα. δάκρυα μᾶλλον ἦσαν, ἢ γράμματα. Ἐδήλουν μὲν οὖν τὴν νόσον ὁποία, καὶ ὅσαις ἡμέραις ὁ νοσῶν αὐτῇ παραπαλαίει, καὶ ἐπὶ ποίοις σημείοις ὅσαι ἡμέραι, καὶ ὅσαι νύκτες ἡ νόσος ἀκμάζει.

ζει. καὶ τισι φαρμάκοις παρ' αὐτῶν νοσηλεύεται. καὶ τέλος ὅπως ἔχων κυρεῖ. καὶ εἴ τι βοηθεῖν ἰατρὸς ἔχοιεν ἁπάντων ἠπείγον τὴν ταχίστην, ἂν τέως καὶ ἐν ζῶσι τὸν κείμενον καταλείψαιντο. Βασιλεὺς δὲ μαθὼν τὰ πάνδεινα ταῦτα περὶ τῇ τοῦ βασιλέως ἐδυσελπίστει αὐτίκα ζωῇ, καὶ μετέωρος ἦν ἀκούειν τὸ χαλεπώτατον. Ὅμως πέμπει μὲν αὐτίκα καὶ ἰατρούς, πέμπει δὲ καὶ τῶν οἰκείων τὰ κράτιστα. Τὸ πλέον δέ, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τἀληθὲς τὸ ὅλον, ἐθάρρει τῷ ἐκ θεοῦ, καὶ τῆς πανυμνήτου ἐλέει. Οἷος αὐτὸς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐῴκει, ὥστε καὶ ἀραρότως ἐπ' αὐτῇ πεποιθέναι. Καὶ τὰ εὐχαριστήρια ταύτης ἐπαγγέλλειν ψάλλεσθαι. Κἂν αὐτῇ ἐφιστῶτο ἡ ἀναστάσιμος. Τότε οὖν καὶ ἐπὶ πλέον ἐπονιᾶτο, καὶ τῷ ἐκ τοῦ φωταγωγοῦ ἐλαίῳ πέμπων, καὶ μοναχὸν ἐκ τῆς μονῆς φιλοτίμως ἐδωρεῖτο τὸν κείμενον. Ἦν δὲ ἄρα ὁ μοναχὸς ἀποβὰς τοῦ ναοῦ ἀνάνηψις τῷ κειμένῳ, καὶ περὶ αὐτοῦ μήπω φανέντος, ὁ ἤδη νεκρὸς ἐπυνθάνετο ἐξ ὀνείρων αὐτίκα χρηστῶν, καθ' οὓς εὐσταλής τις γυνὴ ἧλον τοῦ πονοῦντος μέρους ἀποσπᾶν ἐῴκει. Ἴδετε λέγων εἰ μοναχὸς ἐπ' αἰγιαλοῦ ἀποβὰς ἵσταται, φέρων καὶ δῶρα τῆς θεομήτορος. Οἱ δ' ἐπιστάντες εὐθέως, τὸ ἀκουόμενον καθεώρων, καὶ ἡ ἐπιδημία τοῦ μοναχοῦ σὺν ἁγίῳ ἐλαίῳ ἐπανάκλησις ἦν τῷ νοσοῦντι, ἐν ὅτι πλείστῳ τῷ θαυμασμῷ γενομένη, καὶ μετὰ θαύματος. *Hinc inde diſcedens, Pegas, urbem maritimam, appellit: in ea poſtmodum mœrore ac triſtitia correptus, propter ea quæ evenerant, in morbum incidit gravem: & plane vitam illuſiſſet, in extremum diſcrimen adductus; de ejus enim ſalute medici deſperabant; niſi Virginis & Deiparæ clara miſericordia præfulſiſſet. Non fuerit itaque abs re, hoc quoque narrationi adnectere. Iacebat igitur Imperator, extremum ſpiritum ducens, diceret aliquis: correptus enim à malo, obſtupuerat, nec medicorum remedia perſentiebat. Ad Patrem ergo, atque Imperatorem nuncii. Neceſſitas celeritatem poſcebat; tempeſtas, obſtante mari, repugnabat, & navigatio impediebatur. Tandem, poſt nonnullos dies, non ſine diſcrimine appellunt; & literæ, inde miſſæ, lacrymæ potius erant quam literæ; quibus ſignificabatur morbi genus, quot dies æger cum eo conflictatus fuiſſet, quibus ſignis tum interdiu tum noctu malum vires ſumeret, & quibuſnam remediis ab iiſdem noxæ provideretur; & poſtremo, qua tandem eſſet valetudine: &, ſi quæ penes Medicos medicina eſſet, ut quam celerrime mitteretur, exorabant, ſi modo inter vivos ægrum reperiſſet. Hæc tam dira cum audiſſet Imperator, illico de Imperatoris vita deſperans, quamprimum omnium peſſima audire expectabat. Mittit nihilominus incunctanter medicos, & potiſſima quæque ex propriis: majori tamen ex parte, imo omnino Dei illiuſque matris laudatiſſimæ*

tissimæ misericordia confidebat; quemadmodum ipse in rebus non dissimilibus sueverat. Quare in ipsam firmiter confidens, illius gratiarum actionem cani jubebat, licet ipse Resurrectionis dies immineret. Tunc itaque magis suppliciter implorabat, ex lampade oleum mittens & monachum, obvium ex monasterio, profusis muneribus excipiens. Descendit ergo de navi monachus, & ægrotus in se redit, & nondum apud illum est, & quasi extinctus ex prosperis somniis; inter quos mulier bene ornata clavum ab infirma parte avellere videbatur. Quærebat: Videte, dicens, an monachus in littus descendit, una secum afferens Dei matris dona. Illi accedentes, quod auribus prius, tunc oculis usurpant. & adventus monachi cum oleo sancto, ægroti revocatio fit, non sine ingenti miraculo perfecta. Nec dissimile est, quod de muto ac surdo, cui vocem & auditum Sancta Martyr Theodosia Constantinopoli restituerat, narrat Pachymeres in Histor. lib. XI, cap. ultimo. Ille enim τοῦ φωταγωγοῦ ἐλαίῳ χρισθεὶς, *lampadis oleo perunctus*, dictæ Martyris ope sanitatem recuperat. Plura de ejusmodi olei virtute, & rebus miris, refert Blemmida, in Vita Sancti Pauli Latrensis. De oleo Crucis innumera sunt, quæ apud Auctores recensentur. Quod, ut id quoque obiter adnotem, vel fuerit signo crucis signatum, vel ab ipsa ante Crucem ardente lampade non tantum Hierosolymis, sed alibi quoque locorum, acceptum; vel quod ex ipsa Cruce, quemadmodum ex aliis Sanctorum corporibus, vel semel vel perenni fluxu emanabat. Si oleum lampadis defuerit, si quid est ex odoratis herbis, quibus Græci Sanctorum imagines cingunt, curiosius investigant. Si neque herba neque virgultum ab aliis appensum adfuerit, quam ipsi de novo data opera adducunt, quæ sæpissime ex myrto, aut ocymo, aut rore marino est, per imaginis singulas partes, non sine signo crucis, & infirmi, cujus causa fit, spissa recensione & commendatione, pertrahunt, enixeque pro salute illius deprecati, domum redeunt, & tum, duobus primis digitis folio ex ramulo illo avulso, infirmi oculos, aures, nares, os, & pectus, fausta admurmurantes ac exorantes, confricant; reliquum ante imagines ad tempus conservant, &, cum opus fuerit, rursum ad munus suum redeunt. Hoc etiam à prima rei impositione, *sacrum oleum*, licet nullum oleum sit, nuncupatur.

V. Idque ut magis pateat, non rei alienæ sed propriæ historiolam afferam. Καὶ μὴ γελάσῃς. ἀληθῆ γὰρ ἐρῶ. Annos septem

non

non excesseram, quum gravi morbo oppressus decubui. ægritudine accrescente, & frustra laborantibus medicis, post non multos dies viribus succumbentibus, sine ullo motu ac sensu exanimis pene jacebam. Tertius dies aderat, quo nec cibum sumpseram, nec quicquam locutus fueram; & me vivum, non nisi ex respiratione, candela accensa admotaque ori, parentes deprehendebant. Mater ægre ferens, me tam misero diuturnoque morbo intabescere, illo eodem die ad ædem, Virgini Lauretanæ sacram, quæ Chii est in maxima veneratione, advolat, &, myrteo ramulo, Virginis imaginem contrectans, post sacrum auditum, plus citius redit. dempto folio, faciem omnem & pectus tangit. Rem miram! sensum, quem nullum prius habueram, recuperavi, oculos aperui, vidi, agnovi matrem circa me laborantem, & sanitatem mihi à Virgine restituendam persensi. Verum, dum effari aliquid conor, vox suffocata in interiora redit. Prosequor tamen oculis matrem; quæ reliquum myrti in armariolo adverso, in quo sacræ imagines eæque vetustissimæ tabulis depictæ erant, reponit: figoque oculos sollicitus, ne quis medicinam surripiat. Præterlapsa dies est; lampades imaginibus accenduntur, quibus clarius video, contemplorque. Non multum noctis processerat, cum ex angulo domus progredientes duas mulieres aspicio, aspectu pulcherrimas, candidissimis vestibus, floribus caput pectusque constipatas; & ex ramulo myrteo folium unaquæque decerpunt: non diu post & binæ aliæ, eodem ornatu, bina folia demunt, & sic continuato ordine aliæ atque aliæ. dolebam, surreptum mihi remedium; nec poteram voce edita dolorem significare. Post eas ecce alia, cunctis procerior, ornatior, formosior, quasi domina inter alias gestiens, non contenta folio, ramulum totum accepit; & dum abit, ipse mœrore percitus, quod tanto privarer bono, quantum poteram voce contendo, inclamoque, κυρά̀τζα, κυρά̀τζα, *Domina, Domina*; sic pueri mammas vocant. Mater, mei causa vigilans, ubi vocem exaudiit, repente lecto prolapsa, ad me cucurrit. Quid est, inquit, fili? quid est? Ipse clamo: Viden mulierem illam, quæ myrtum meam totam, non contenta folio, surripuit? Illa statim accurrit, ubi posuerat myrtum; disquirit. videns omnia salva, infit ad me: Bono esto animo, fili; myrtum nemo abstulit, integra adhuc hîc est. Integra? respondeo, quæ

jam

jam ſurrepta â muliere longe eſt. Ac hîc eſt, fili, inquit illa. Non credo; non eſt; ludis me. Illa, circumſpecta alias mulier, & ingenio ſolers, ramum nolebat tangere: ut mihi tamen ſatisfaceret, turbanti omnia; accepit. Et ſtatim, quæ apertis oculis intuebar, omnia evanuerunt. Progreſſa ad me. Quid ais, fili? dicit; en ramulus. Et, accepto folio, tetigit caput & pectus. Interrogat, ſi quid mihi opus ſit. Reſpondeo, cibum me velle. affert. edo, bibo. Tum demum quærit, ſi quid mihi ultra volupe in animo ſit. Nihil, inquam; quieſcendum eſt. Quieſce, ait; & abit. Quievi. Summo mane ſurgens, veſtibus me induo, bene valens: dum procedere conor, pedibus neſcientibus viam, impedior. quare, uti pueruli qui moveri nequeunt, faſcia medius accingor, eaque pendulus ad ambulandum promoveor; donec omnibus palam factum eſt, non humanæ naturæ viribus, ſed D. Virginis beneficio ſanitatem eſſe reſtitutam. Ταῦτα ἐστὶν ἃ ἐγὼ οὐκ ἀκηκοὼς, οὐδὲ καθεύδων, ἀλλ' εὖ εἰδὼς, καὶ παθὼν πιστεύω ἀληθῆ εἶναι.

VI. Alii, non oleo ex lampade, ſed uti ipſi benedicunt, noxia fugant. Auctor vitæ Sancti Theodori Studitæ: Ὃς δὲ παραυτίκα ἔλαιον ἀποστείλας εὐλογηθὲν παρ' ἐκείνου, καὶ χρῖσαι τούτῳ τὴν κειμένην προστάξας αὐτὸς μὲν εὐθὺς τὸ κελευσθὲν ἐποιούμην σῶμα τῆς κόρης ἐπαλείφων τῷ ἐλαίῳ. Ἡ δέ γε παῖς ἅμα τῇ ἀλοιφῇ ῥάων τε γίνεται, καὶ τοῦ ἀποτύφοντος ἐκείνου πυρετοῦ ἀπαλλάσεται. *Qui ſtatim oleum mittens, à ſe benedictum, eo jacentem inungendam eſſe præcepit. ipſe ſtatim præceptum exequor, & puellæ corpus oleo inungo. Puella, unctione illa, ſubito convaleſcit, & ab ardentiſſima illa febre liberatur.* Alii aqua, ex abluta ſacra menſa magna feria quinta utuntur, qua fideles eo ipſo die, cum ablutio fit in Eccleſia, perunguntur. Typic. cap. XLI: Καὶ τούτων οὕτε τελεσθέντων ἵσταται ὁ προεστὼς ἔμπροσθεν τοῦ ἁγίου βήματος βαστάζων τὸ ἀποσπόγγισμα τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ χρίει πάντας τοὺς ἀδελφούς. *Hiſque ſic peractis, ſtat ante ſacrum Bema Antiſtes, & tenens aquam ex ablutione ſacræ menſæ, inungit omnes fratres.* Alii ex lotione pedum duodecim hominum, illo eodem die celebrata, remedium ſibi præſentiſſimum malorum habent; non alieno ab antiqua Eccleſia more. Idem Typicon, cap. XLII: Μετὰ δὲ τὸ τέλος τῆς εὐχῆς χρίονται πάντες ἐκ τοῦ νίμματος τῶν ἀδελφῶν. *Finita oratione, omnes ex fratrum ablutione perunguntur.* De aquæ benedictæ virtute contra Dæmones, & incantamenta,

menta, & varias ægritudines, vide plura apud Ioannem Stephanum Durantium, de ritibus Ecclesiæ Catholicæ lib. I, cap. XXI, num. IV, & sequentibus; nec non apud Gretserum, lib. de Benedictionibus. Alii, non ex Græcis tantum, sed ex Latinis etiam, ad repellenda mala, remedium sibi adsciscunt aliud prope salutare. Consumptis post Missarum solemnia Sacramentis, & calice abluto, aquam quæ in phiala remanet, in calicem fundunt, & eum lavant; postea recolligunt illam in eadem phiala, & pueris infirmisque deferunt, &, illius potu, suæ incolumitati consulunt. Vocant satis apto efficacique vocabulo ἀπομύρωμα; quasi dicerent, ablutionem post unguentum verum, qui Christus est. antiqui enim, ex Dionysio Areopagita de Ecclesiast. Hierarch. cap. IV, unguentum Christum nuncupabant, πηγαῖον ὄντα τῶν θείων εὐώδων ἀντιλήψεων ὄλβον, ἀναλογίαις θεαρχικαῖς εἰς τὰ θεοειδέστατα τῶν νοερῶν ἀναδιδόντα τὰς ἐνθέους ἀτμοὺς, ἐφ' οἷς οἱ νόες εὐπαθῶς ἡδόμενοι, καὶ τῶν ἱερῶν ἀντιλήψεων ἀποπληρούμενοι, τροφῇ νοητῇ χρῶνται τῇ πρὸς τὸ νοερὸν αὐτῶν εἰσδύσει τῶν κατὰ θείαν μέθεξιν εὐώδων διαδόσεων. *Fontem copiosum, ex quo suavitates divinorum odorum recipiantur, divinisque proportionibus in mentes, quæ divinitatis speciem maxime præ se ferunt, divinissimus suffitus infundatur, ex quibus mentes, suavitate quadam motæ, sacrisque suavitatis divinissimorum suffituum perceptionibus refertæ, spiritali cibo utuntur, ingressu distributionum odorum bene olentium, secundum divinam participationem ad id, quod in eis vim intelligendi habet.* Nec dissimile est, quod de ablutione manuum sacerdotum post missarum solemnia tradunt apud occidentales in usu fuisse. Desiderius Abbas Cassinensis in Dialogis, qui postea fuit Victor Papa tertius, narrat, in Lucensi civitate, cum fama vulgata esset, quod, quicunque febre detentus hausisset ex aqua, quæ de manibus Ioannis Præpositi Monasterii, sanctitate conspicui, defluxisset, dum post missarum solemnia abluunt, Alexandrum Papam febre correptum, jusso, sibi ejusmodi aquam latenter adferri, ea epota, repente sanitati pristinæ restitutum fuisse. Et Leo Ostiensis in Chronico cap. XXXV, scribit, eundem Alexandrum Papam, inter alia miracula, ante obitum edita, fœminam claudam apud Aquinum sanasse, cum ei bibendam dedisset aquam qua post Missarum solemnia manus suas abluisset. Et hæc quidem pro pietate, quæ adhuc in Græca natione elucet.

VII. Alii

VIII. Alii ſe ad Amuleta & Periapta convertunt, quorum ſtultitiam ut rideas, nonnulla, mutila illa ac detruncata, ut potui habere, exſcribo: * * * * μήπως σε εὕρῃ ἐν τῷ πύργῳ, καὶ καταφάγῃ μου τὸ βρέφος, καθὰ καὶ πεποίηκεν. οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ θεοῦ Σισίνιος, καὶ Συνίδωρος, ὡς εἶδον τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν κοπτομένην, ἔκλαυσαν καὶ αὐτοὶ οὐ μετρίως, καὶ εὐθὺς κλίναντες τὰ γόνατα αὐτῶν ἐν τῇ γῇ, ἐδέοντο τοῦ θεοῦ, τοῦ δοῦναι αὐτοῖς ἐξουσίαν, καὶ ἰσχὺν κατὰ τῆς μιαρᾶς Γυλοῦς, ὅπως αὐτὴν χειρώσωνται. Καὶ δὴ λαβόντες ἐξουσίαν ἐκ θεοῦ παντοκράτορος, ἐχαλίνωσαν τοὺς ἵππους αὐτῶν εὐθύς. Καὶ ἤρξαντο καταδιώκειν τὴν μιαρὰν Γυλοῦν, καὶ ἐλθόντες ἐν τῇ ὁδῷ ἠρεύνουν, καὶ ἠρώτουν εἴ τι δὲ ἂν εὕρισκον. ὑπήντησαν δὲ τὴν ἰτέαν, καὶ ἠρώτησαν αὐτήν, λέγοντες. ἴδες ἐδῶ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν πετομένην; ἡ δὲ ἠρνήσατο, ὅτι οὐκ οἶδα. Καὶ ἐκατηράσαντο αὐτὴν οἱ ἅγιοι, λέγοντες, μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἄνθρωπος οὐ φάγεται ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι δρομαῖοι ἔτρεχον ἔμπροσθεν. Καὶ ὑπήντησαν τὴν βάτον. Καὶ ἠρώτησαν αὐτήν, λέγοντες. ἴδες ἐδῶ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν πετομένην, καὶ ἠρνήσατο καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὅτι οὐκ οἶδα. Καὶ ἐκατηράσαντο καὶ αὐτὴν οἱ ἅγιοι λέγοντες. Ἡ ῥίζα σου ποιήσει κορυφάς, καὶ ἡ κορυφή σου ῥίζας, καὶ ὁ καρπός σου ἀνόφελός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος οὐ ζήσεται ἐξ αὐτοῦ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι δρομαῖοι ἔτρεχον ἔμπροσθεν, καὶ ὑπήντησαν τὴν εὐλογημένην ἐλαίαν. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὴν οἱ ἅγιοι λέγοντες. Ἴδες ἐδῶ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν πετομένην. Ἡ δὲ λέγει πρὸς τοὺς ἁγίους. Δράμετε ἅγιοι τοῦ θεοῦ ἐν τάχει, ὅτι ὑπάγει πρὸς τὸν αἰγιαλόν. Οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ θεοῦ Σισίνιος καὶ Συνίδωρος ηὐλόγησαν αὐτήν, καὶ εἶπον, ὁ καρπός σου πολὺς γένηται, καὶ οἱ ἅγιοι ὑπ' αὐτοῦ φωτισθήσονται, καὶ βασιλεῖς, καὶ πτωχοὶ ἐξ αὐτοῦ εὐφρανθήσονται. Φθάσαντες οὖν οἱ ἅγιοι εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἴδον τὴν μιαρὰν Γυλοῦν πετομένην, καὶ ὡς ἴδεν τοὺς ἁγίους ἡ μιαρὰ Γυλοῦ ἐγίνετο εὐθύς, ὡς ἰχθύς. Καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ ἁλιεῖς, καὶ ἡλίευον αὐτήν. Καὶ πάλιν ἡ μιαρὰ Γυλοῦ ἐγίνετο ὡς χελιδών. Καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ ὡς εἶχον τὴν χάριν ἐγίνοντο ὡς φάλκωνες, καὶ κατεδίωκον αὐτήν. Ἰδὼν δὲ ἡ μιαρὰ Γυλοῦ, ὅτι οὐκ ἰσχύει πλανῆσαι τοὺς ἁγίους, ἐγίνετο ὡς αἶγος τρίχα, καὶ ἐκάθισεν εἰς τὸν πώγωνα τοῦ βασιλέως, ὅπως μὴ γνωρίζουσιν αὐτήν. Φθάσαντες οὖν οἱ ἅγιοι πρὸς τὸν βασιλέα, προσεκύνησαν αὐτὸν λέγοντες. Δέσποτα βασιλεῦ μίαν αἴτησιν θέλομεν αἰτήσασθαι τῇ βασιλείᾳ σου τοῦ δοῦναι ἡμῖν. Καὶ ἐὰν καλῶς ἦν βουλητὸν τῇ βασιλείᾳ σου τοῦ δοῦναι ἡμῖν, ἀνάγγειλον ἡμῖν ἐν τάχει, ὅτι ἐν ἀθυμίᾳ ἐσμὲν περὶ τούτου. Ὁ δὲ βασιλεὺς λέγει πρὸς τοὺς ἁγίους. μὰ τὴν βασιλείαν μου, ὅτι εἴ τι ἂν ὑμῖν παρέχω, ὃ αἰτεῖτε. Ὁρῶ γὰρ ὑμᾶς εὐγενεῖς, καὶ φρονίμους. Οἱ δὲ ἅγιοι λέγουσι τῷ βασι-

βασιλεῖ. ἀλλὰ οὐ θέλομεν ἀπὸ τὴν βασιλείαν σου, μόνον καὶ τὴν ἅγιον τρίχα, τὴν ἔχεις εἰς τὴν πώγωνά σου. ἵνα ἴδῃς καὶ θαυμάσῃς. ὁ δὲ λέγει πρὸς αὐτοὺς, ἐπάρετε αὐτήν. Ἁπλώσαντες οὖν οἱ ἅγιοι ἐντίμως, καὶ μὲ προσοχὴν μεγάλην ἦραν αὐτήν. Ἰδὼν δὲ ἡ μιαρὰ Γυλοῦ, ὅτι οὐκ ἰσχύει πλανῆσαι τοὺς ἁγίους οὐκέτι, ἐγίνετο εὐθὺς γυνή. Καὶ ὡς εἶδεν ὁ βασιλεὺς ἐξέστη, καὶ ἠρώτησε τοὺς ἁγίους περὶ τούτου. Οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ θεοῦ διεσάφησαν τῷ βασιλεῖ πάντα, καὶ ἐθαύμασεν ὁ βασιλεύς Οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ θεοῦ κρατήσαντες τὴν μιαρὰν Γυλοῦν ἀπὸ τῶν τριχῶν ἔρριψαν αὐτὴν χαμαὶ, καὶ ἤρξαντο τύπτειν αὐτὴν σφοδρῶς λέγοντες. Παῦσαι μιαρὰ Γυλοῦ. μὴ ἀποκτείνῃς τὰ βρέφη τῶν χριστιανῶν, μήτε τῆς δούλης τοῦ θεοῦ τῆς δεῖνα. Ἡ δὲ μιαρὰ Γυλοῦ ἤρξατο παρακαλεῖν τοὺς ἁγίους λέγων, ἐάσατέ με ἅγιοι τοῦ θεοῦ, καὶ μή με δεινῶς βασανίζετε, καὶ εἴπω ὑμῖν. Ἀποκριθέντες οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ Σισώνιος καὶ Σινίδωρος λέγουσι πρὸς αὐτήν. Ἐὰν μὴ ὀμώσῃς ἡμῖν τοῦ μηκέτι πολεμεῖν τὰ βρέφη τῆς δούλης τοῦ θεοῦ τῆς δεῖνα, καὶ ἀποδώσῃς ἡμῖν καὶ τὰ βρέφη τῆς ἀδελφῆς ἡμῶν Μελιτινῆς, ἐν ᾧ ἀπέκτεινας οὐκ ἐῶμεν σε τοῦ ζῆν. Ἡ δὲ μιαρὰ Γυλοῦ λέγει πρὸς τοὺς ἁγίους. Ἐὰν δυνηθῆτε καὶ ὑμεῖς τοῦ ἐπιδοῦναι τὸ μητρικόν σας γάλα, ἐν ᾧ ἐθηλάσατε ἐν τῇ παλάμῃ σας. ἐπιδώσω καὶ ἐγὼ τὰ βρέφη τῆς Μελιτινῆς. Καὶ εὐθὺς οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ, τείναντες τὰ ὄμματα εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδεήθησαν περὶ τούτου. Καὶ εὐθὺς ἔπλυσαν ἐν τῇ παλάμῃ αὐτῶν ὡς γάλα. Καὶ λέγουσι πρὸς τὴν μιαρὰν Γυλοῦν. Ἰδοὺ ἐπεδώκαμέν σοι τὸ γάλα τὸ μητρικὸν, ἐν ᾧ ἐθηλάσαμεν. Ἀπόδος ἡμῖν καὶ σὺ τὰ βρέφη τῆς ἀδελφῆς ἡμῶν Μελιτινῆς ἐν ᾧ ἀπέκτεινας, καθάπερ ἐπηγγείλω ἡμῖν. ἵνα μὴ κακῶς σε βασανίσωμεν. Ἡ δὲ μιαρὰ Γυλοῦ μὴ ἔχων τι διαπράξασθαι ἀπέδωκε καὶ αὐτὴ τὸ βρέφος, ἐν ᾧ ἀπέκτεινεν ἐν τῷ πύργῳ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ ἔτυπτον αὐτὴν σφοδρῶς, λέγοντες. Παῦσαι μιαρὰ Γυλοῦ. μὴ ἀποκτείνῃς τὰ βρέφη τῶν χριστιανῶν, μηδὲ τῆς δούλης τοῦ θεοῦ τῆς δεῖνα. Ἡ δὲ μιαρὰ Γυλοῦ ἐπαρεκάλει τοὺς ἁγίους λέγουσα. Ἐάσατέ με ἅγιοι τοῦ θεοῦ Σισώνιε καὶ Σινίδωρε, καὶ μή με εἰς τέλος ἀποκτείνετε. Καὶ εἴπω ὑμῖν. τι δὴ ποιήσετε, καὶ οὐκ εἰσελεύσομαι ἐκεῖ πώποτε. Ἀλλὰ ἀπέχω στάδια ἑβδομήκοντα πέντε. Τί δὴ ποιήσομεν μιαρὰ Γυλοῦ; ἡ δὲ λέγει αὐτοῖς εἴτις δυνηθῇ τοῦ γράψαι τὰ δώδεκα ἥμισυ μου ὀνόματα, οὐ μὴ εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνος τοῦ ἔχοντος τὴν εὐχὴν ταύτην, μήτε εἰς τὴν σύμβιον αὐτοῦ τὴν δεῖνα, μήτε εἰς τὰ τέκνα αὐτῶν. Ἀλλὰ νὰ ἀπέχω ἀπὸ τὸν οἶκον αὐτῶν σταδίους ἑβδομήκοντα πέντε. Τότε λέγουσιν οἱ ἅγιοι πρὸς τὴν μιαρὰν Γυλοῦν λέγε μιαρὰ τὰ παμμίαρά σου ὀνόματα, πρὶν κακῶς σε θανατώσωμεν. Ἡ δὲ ἤρξατο λέγειν αὐτά. Τὸ πρῶτον μου ὄνομα καλεῖται Γυλοῦ. Τὸ δεύτερον Μωρρᾶ. Τὸ τρίτον Βυζοῦ. Τὸ τέταρτον Μαρμαροῦ. Τὸ

πέμπτον

πέμπτον Πεζαστία. Τὸ ἕκτον Πελαγία, τὸ ἕβδομον Βορδόνα. Τὸ ὄγδοον Ἀπλετοῦ, τὸ ἔνατον χαμοδράκαινα, τὸ δέκατον Ἀναβαρδαλαία, τὸ ἑνδέκατον Ψυχρανωσπάστρια, τὸ δωδέκατον Παιδοπνίκτρια, τὸ ἥμισυ Στρίγλα. Ἅγιε Σισώνιε καὶ Σινίδωρε βοηθήσατε τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸν δεῖνα, καὶ τὴν σύμβιον αὐτοῦ τὴν δεῖνα, καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν, τῶν ἐχόντων τὸ φυλακτήριον τοῦτο. Καὶ δήσατε, καὶ μολυβδώσατε πᾶν εἰδωλικὸν, καὶ ἀέριον, καὶ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν. Τοῦ μὴ ἔχειν δύναμιν, μήτε ἰσχὺν τοῦ προσεγγίσαι εἰς τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνος, καὶ ἀπὸ τὴν σύμβιον αὐτοῦ τὴν δεῖνα, μήτε εἰς τὰ τέκνα αὐτῶν, μήτε ἐν νυκτὶ, μήτε ἐν ἡμέρᾳ, μήτε ἐν ὥρᾳ μεσονυκτίου, μήτε ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ. Ἀλλὰ νὰ ἀπέχει πᾶν πνεῦμα ἀκάθαρτον, καὶ πᾶν εἰδωλικὸν, καὶ ἀέριον, καὶ πᾶν κακὸν, καὶ ἡ μιαρὰ Γυλοῦ ἀπὸ τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνος, καὶ ἀπὸ τὴν σύμβιον αὐτοῦ τὴν δεῖνα, καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν. Ἀλλὰ νὰ ἀπέχωσι στάδια ἑβδομήκοντα πέντε. Ἅγιε Παζάπιε πάταξον πᾶν κακὸν, καὶ δαιμονικὸν μεσημβρινὸν, καὶ μεσονυκτικὸν, καὶ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν ἀπὸ τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ τῶν ἀναγινωσκόντων τὴν εὐχὴν ταύτην. Ἁγία Μαρίνα ἡ δήσας καὶ πατάξας τὸν Βελζεβοὺλ, δῆσαι, καὶ φίμωσαι, καὶ πάταξαι πᾶν ἀέριον, καὶ δαιμονικὸν, καὶ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν ἀπὸ τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνος, καὶ τῆς συμβίου αὐτοῦ τῆς δεῖνος, καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν. Ἅγιε Νικόλαε θαυματουργὲ βοήθησον. Ἅγιε Γεώργιε. Ἅγιε Θεόδωρε Τύρων, καὶ στρατηλάτα βοηθήσατε τῇ δούλῃ τοῦ θεοῦ τῇ δεῖνα, ἅμα συμβίου, καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς. Καὶ πατάξατε, καὶ ἀποδιώξατε, καὶ δήσατε, καὶ μολυβδώσατε πᾶν δαιμονικὸν, καὶ πᾶν εἰδωλικὸν, καὶ ἀέριον, καὶ πᾶν πνεῦμα πονηρὸν ἀπὸ τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ τοῦ δεῖνος, καὶ ἀπὸ τὴν σύμβιον αὐτοῦ τὴν δεῖνα, ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν, ἵνα αὐξηνθῶσιν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, καὶ ἔσονται ἀνενόχλητοι ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ εἴδωσιν υἱοὺς τῶν υἱῶν, καὶ χαρήσεται αὐτῶν ἡ καρδία, καὶ δοξάζωσι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Εὐχὴ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστόν. Κύριε Ἰησοῦ χριστὲ, υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον σῶσαι τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος, εἰσάκουσόν μου τοῦ δούλου σου, δεομένου σου ὑπὲρ τοῦ δούλου σου τοῦ δεῖνος, ἅμα συμβίου αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῶν τέκνων αὐτῶν, ἵνα διὰ τῆς χάριτος, καὶ πολλῆς σου εὐσπλαγχνίας ἐξαποστείλῃς ἄγγελον φωτεινὸν φρουρεῖν, καὶ σκέπειν τὰ τέκνα τοῦ δούλου σου τοῦ δεῖνος, καὶ δεῖνος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, τοῦ πολεμοῦντος αὐτοὺς, καὶ σκέπασον αὐτοὺς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου. Ἀποδίωξον ἐξ αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον. Εἰρήνευσον αὐτῶν τὴν ζωὴν κύριε. Καὶ δὸς αὐτοῖς κύριε τὴν χάριν τοῦ ἐλέους σου, καὶ χάρισαι αὐτοῖς τὸν καρπὸν τῆς κοιλίας αὐτῶν,

ὅπως

ὅπως ζήσωνται, καὶ γεννήσωνται μακρόβιοι. Φύλαξον αὐτοὺς κύριε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ, καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, καὶ νυκτερινοῦ, καὶ ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν, καὶ ἀπὸ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν, ἵνα μὴ κύριε ἔχωσιν ἐξουσίαν, ἢ ἰσχὺν, τοῦ ἐλθεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ ἀκαθάρτων, μήτε εἰς τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸν δεῖνα, μήτε εἰς τὴν σύμβιον αὐτοῦ, μήτε εἰς τὰ τέκνα αὐτῶν. Ὅτι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον ἐπικαλοῦνται ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, καὶ πρός σε παραφθέγγουσιν οἱ δοῦλοί σου οὗτοι κύριε. Καὶ παρακαλοῦν, καὶ δέονται τὴν εὐσπλαγχνίαν σου ὑπὲρ τῶν τέκνων αὐτῶν, ἵνα αὐξήσῃς αὐτὰ, καὶ ἴδωσιν υἱοὺς υἱῶν, καὶ δοξάζωσι τὸ πανάγιον ὄνομά σου. Ὅτι σὺ εἶ ὁ δοτὴρ καὶ τῶν καλῶν χορηγὸς, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον. Δέσποινα ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου, ἡ τὸν θεὸν λόγον κατὰ σάρκα γεννήσασα ἀσπόρως, καὶ ὑπερφυῶς. Παρθένος καὶ ἔτεκες, καὶ παρθένος ἔμεινας, μηδὲν τῆς παρθενίας μολυνθείσης. Ἱκέτευσον οὖν δέσποινά μου τὸν υἱόν σου καὶ θεὸν ὑπὲρ τῶν δούλων σου τούτων τοῦ δεῖνος, καὶ τῆς δεῖνος. Ὅπως χαρήσηται τὰ τέκνα αὐτῶν διὰ τῶν πρεσβείαις σου. Πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς πρὸς εὐμένειαν δεσπότου. Δέομαι οὖν δέσποινά μου τὴν σὴν ὀξυτάτην βοήθειαν, ἵνα αὐξηθῶσι τὰ τέκνα τῶν δούλων σου τούτων τοῦ δεῖνος, καὶ τῆς δεῖνος, ἵνα ζήζωσι, καὶ εὐαρεστήζωσιν ἐνώπιον κυρίου πάζας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. Ναὶ δέσποινά μου ἐπάκουσόν μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἀναξίου δούλου σου, εἰ καὶ ἁμαρτωλὸς τυγχάνω. Μή μου παρίδῃς τὴν δέησιν ταύτην τὴν οἰκτρὰν, καὶ πενιχρὰν, καὶ φύλαξον τὰ τέκνα τῶν δούλων σου ἵνα ζήζωνται, καὶ ἐξαπόστειλον ἄγγελον φωτεινὸν ἐπ' αὐτοὺς τοῦ φρουρεῖν, καὶ φυλάττειν αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν, καὶ ἀπὸ τὰ ἐν ἀέρι καὶ ἀφανῆ εἴδωλα, καὶ ἀπὸ τὴν μιαρὰν Γυλοῦν, ἵνα μὴ ἐπηρεάζει αὐτοὺς εἰς τὰ τέκνα αὐτῶν. Καὶ δὸς κυρία μου, δέσποινά μου ὑπεραγία μου θεοτόκε τὴν χάριν σου, καὶ τὸ ἔλεός σου, ἵνα ζήζωνται τὰ τέκνα τῶν δούλων σου τούτων, ὅπως ἴδωσιν υἱοὺς υἱῶν, καὶ εὐφρανθήσεται αὐτῶν ἡ καρδία, καὶ δοξάζωσι τὸ πανάγιον καὶ ὑπερευλογημένον ὄνομά σου δέσποινά μου. Ὅτι εὐλογημένη ὑπάρχεις ἐν πάσαις τῶν γενεαῖς, καὶ μεγαλύνεταί σου τὸ ὄνομα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. * * * * *Ne in turrim introëat, & infantem meum devoret; veluti non multo ante fecit. At Dei Sancti, Sisynius & Synidorus, ut sororem viderunt plangentem, ipsi etiam immoderate collacrymarunt. Statimque super terram, flexis genibus, Deum deprecabantur, ut ipsis facultatem & robur subministraret contra execrandam Gylonem, ad eam captivandam. Et facultate habita à Deo omnipotenti, frænatis equis execrandam*

Gylonem perſequi cœperunt, & per viam inveſtigabant; &, quidquid offendebant, interrogabant. Quare ſalicem, obviam factam, interrogarunt, num execrandam Gylonem vidiſſet, per ea loca pervolantem. Negavit illa, ſe vidiſſe. Et Sancti eam maledictioni vovere: In æternum, fructum non produces, & homo non comedet ex eo. Tum Sancti inceptum iter veloces proſequebantur; & invenerunt rubum; & interrogaverunt eum, an vidiſſet execrandam Gylonem volantem. Et ipſa ſimiliter negavit, ſe vidiſſe. Et Sancti ipſam quoque maledictioni devoverunt: Radix tua emittet vertices, & vertex radicem, & fructus tuus inutilis erit, & homo non vivet ex eo. Rurſumque Sancti curſum intendebant; & obvia facta eſt illis benedicta olea; & interrogaverunt eam, num ibi execrandam Gylonem vidiſſet volantem. Illa Sanctis reſpondit: Quantocius, Sancti Dei, curſum intendite; ad littus enim proficiſcitur. Tum Sancti, Siſynius & Synidorus, benedixerunt illi: Fructus tuus copioſus erit, & Sancti per ipſum illuminabuntur, & Reges & pauperes per eum lætabuntur. Cum itaque Sancti ad littus perveniſſent, execrandam Gylonem viderunt convolantem. Quos illa intuita, ſtatim ſe in piſcem convertit. Et Sancti Dei piſcatores facti ſunt, & illam expiſcabantur. Et rurſus execranda Gylo, velut hirundo facta eſt. Et Sancti Dei, uti illis conceſſum fuerat, falcones induerunt; & eam perſequebantur. Quæ cum animadvertiſſet, non poſſe ſe Sanctos fallere, facta eſt quaſi caprinus pilus, inſeditque in barba Regis, ne eam agnoſcerent. Vbi Regem Sancti conveniſſent, poſt adorationem dixerunt: Domine Rex, unum à tua majeſtate petimus; quod, ut optamus, concedes; &, ſi placuerit Dominationi tuæ, nobis illud elargiri, velociter nobis enuncia, quod pro eo animis angimur. Rex Sanctis reſpondet: Per regnum meum, quidquid petieritis, exhibebo; cum videam vos nobiles, & prudentes. Et Sancti Regi dixerunt: Nihil ex tuo regno ultra petimus, quam caprinum pilum, qui eſt in barba tua; ut videas, & admireris. Tum ille: Tollite illum. Extenſis itaque manibus, Sancti reverenter, & quam attentiſſime, illum abſtulerunt. Cum Gylo jam videret, ſe non poſſe ultra fallere Sanctos, ſtatim mulier effecta eſt. Quod ubi Rex conſpexiſſet, extra ſe factus, de ea re Sanctos interrogavit. Qui omnia Regi, uti evenerant, aperuerunt. Et Rex admiratus eſt. Verum Sancti Dei, exſecrandam Gylonem per capillos arripientes, in terram proſternunt, verberibuſque vehementioribus additis, dicebant: Finem tandem aliquando imponito, ô execranda Gylo, Chriſtianorum infantulos interimendi, & ſervæ Dei N. At execran-

execranda Gylo Sanctos deprecabatur, dicens: Sinite me, Sancti Dei, & tam crudeliter ne vexetis; & ego dicam vobis. Tum Sancti Dei, Sisynius & Synidorus, dixerunt: Nisi jurejurando promiseris, ultra non aggredi filias servæ Dei N. & restituis nobis pueros sororis nostræ Melitenæ, quos occidisti, vitæ tuæ non parcimus. Et execranda Gylo respondet Sanctis: Si & vos poteritis maternum, quod suxistis, lac in palma vestra reddere, restituam & ipsa pueros Melitenæ. Et statim Sancti Dei, oculis in cœlum conversis, de hoc Deum exorarunt: & subito in palmis propriis quasi lac exspuerunt. Et dicunt execrandæ Gyloni: Ecce, reddidimus lac maternum, quod suximus; restitue tu quoque nobis Melitenæ filios quos trucidasti; ut jam promisisti; ne te tormentis immanibus excruciemus. Tum execranda Gylo, cum non haberet, quid faceret, restituit & ipsa puerum, quem in turri necaverat. Et rursus Sancti Dei vehementer ipsam verberabant, dicentes: Finem, exsecranda Gylo, ponito, Christianorum filios, & servæ Dei N. occidendi. Exsecranda Gylo Sanctos Dei deprecabatur: Sinite me, Sancti Dei, Sisyni & Synidore; & ne me prorsus occidatis; & dicam vobis, quid faciendum sit, ne ipsa eo introeam, sed semper stadiis septuaginta quinque distem. Quid faciendum nobis est, ô execranda Gylo? Et illa: Si quis poterit scribere duodecim nomina mea cum dimidio, non ingrediar in ædem illam, neque in domum servi Dei N. qui habuerit orationem hanc, neque in conjugem illius N. neque in filios eorum; sed longe ero à domo eorum stadiis septuaginta quinque. Tum Sancti dicunt: Dicito nobis, execranda Gylo, quam maxime tua execranda nomina, antequam te immaniter perdamus. Et illa: Primum nomen meum est, Gylo; secundum Morrha: tertium Byzo; quartum Marmaro; quintum Petasia; sextum Pelagia; septimum Bordona; octavum Apleto; nonum Chomodracæna; decimum Anabardalea; undecimum Psychoanaspastria; duodecimum Pædopnictria, dimidium Strigla. Sancti Sisyni & Synidore, opem ferte servo Dei N. & conjugi illius N. & filiis eorum, qui habent Phylacterium hoc; & obligate, & plumbeis vinculis obstringite omnem spiritum idolicum & aëreum, & exsecrandam Gylonem, ne facultatem habeant & robur, domui servi Dei N. appropinquandi, neque in conjugem illius N. neque in filios eorum, neque noctu neque interdiu, neque media nocte neque meridie; sed omnis spiritus immundus, & omne idolicum, & aëreum, & omne malum, & execranda Gylo distet à domo servi Dei N. & à conjuge illius N, & à filiis eorum, stadiis septuaginta quinque. Sancte Patapi,

Percute omne malum Dæmoniacum, meridianum, & mediæ noctis: longe fac à domo servi Dei N. & sociorum illius, & qui legunt orationem hanc: Sancta Marina, quæ ligasti, & debellasti Belzebub, liga, & comprime, & percute omne aëreum & Dæmoniacum à domo servi Dei N. & à conjuge illius N. & à filiis eorum; Sancte Nicolae, mirabilium effector, opem ferto, Sancte Georgi, Sancte Theodore Tyro, & copiarum ductor, opem ferte servo Dei N, & uxori illius, & filiis; & percutite, & fugate, & obligate omne Dæmoniacum, & omne idolicum, & aëreum, & omnem spiritum pravum à domo servi Dei N. & uxore illius, & filiis eorum; ut præsenti tempore crescant, neque ab ullo malo infestentur in posterum; & videant filios filiorum, & lætetur cor eorum, & glorificent nomen Patris & Filii & Spiritus Sancti, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Oratio in Dominum nostrum Iesum Christum. Domine Iesu Christe, fili Dei vivi, qui venisti in mundum, ut à tyrannide Diaboli salvum faceres genus humanum; exaudi me, servum tuum, supplicantem pro servo tuo N. & conjuge illius, & filiis eorum; & tua gratia, & magna misericordia, mitte Angelum lucidum, ut custodiat & protegat filios servorum tuorum N. & N. ab omni malo, quod eos aggreditur; & tege eos sub umbra alarum tuarum; fuga ab ipsis omnem hostem & adversarium; quietam fac domi vitam eorum, & tribue illis, Domine, gratiam misericordiæ tuæ, & dona illis fructum ventris eorum, ut vivant, & fiant longævi; defende eos, Domine, ab omni malo, & Dæmonio meridiano ac nocturno, & à spiritibus improbis, & ab execranda Gylone; ne, Domine, habeant facultatem & robur ipsi mali spiritus immundique, accedere ad servum Dei N. neque in conjugem illius, neque in filios eorum; quoniam nomen sanctum tuum invocant noctu & interdiu, & ad te confugiunt hi servi tui, Domine, & deprecantur, & exorant misericordiam tuam pro filiis suis, ut illis incrementum des, & tribuas filios filiorum, & glorificent sanctissimum nomen tuum; quoniam tu es dator, & bonorum largitor; & tibi gloriam mittimus Patri & Filio & Spiritui Sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Oratio in sanctissimam Deiparam. Domina mea, mater Domini mei, quæ Deum Verbum, secundum carnem, sine semine, & supernaturaliter genuisti; virgo etenim peperisti, & virgo permansisti, in nullo virginitate contaminata: deprecare itaque, Domina mea, filium tuum & Deum, pro servis tuis hisce N. & N. ut in gratiam accipiat filios eorum per tuas intercessiones: multum enim supplicatio Matris

valet

valet ad impetrandam benignitatem Domini: deprecor itaque, Domina mea, tuum velocissimum auxilium, ut adolescant filii horum servorum tuorum N. & N. & vivant, & grati sint in conspectu Domini omnibus diebus vitæ suæ. Ita sit, Domina mea. Exaudi me peccatorem, & indignum servum tuum; &, licet peccator sim, ne asperneris deprecationem meam miseram & pauperem; & conserva filios servorum tuorum, & vivant; & mitte Angelum luminosum, ut protegat & defendat eos ab omni malo, à spiritibus pravis, & ab idolis, quæ in aëre sunt, nec ab aliis internoscuntur, & ab execranda Gylone, ne illis molestiæ sit, & filiis eorum. Et tribue, Domina mea sanctissima, Deipara, gratiam tuam, & misericordiam tuam, ut vivant filii horum servorum tuorum, & videant filios filiorum, & lætetur cor eorum, & glorificent sanctissimum & super omnia benedictum nomen tuum, Domina mea: quoniam benedicta es in omnibus generationibus, & magnificatur nomen tuum in secula seculorum. Amen. Alii hæc eadem, detracta nimia loquacitate, in angustiores terminos claudunt, ut ex manuscripto codice Carolus Avantius, qui præstantissimum ingenium ad summam rerum naturalium scientiam contulit, mihi significavit: Ἐπὶ τῆς ὑπαλείας Λαυρεντίου τοῦ βασιλέως ἦν γυνὴ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Αυσήτιδι, ἤτοι Ἀραβίᾳ ὀνόματι Μελιτηνή. ἥτις ἔτεκε τέκνα ἑπτά. Καὶ ἔλαβεν αὐτὰ ἡ μυσαρά, ἥτις λέγεται Γελοῦ. καὶ πάλιν ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἡ Μελιτηνή, καὶ ἔμελλε τεκεῖν. ᾠκοδόμησε δὲ πύργον, καὶ καθήλωσεν αὐτὸν ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν, καὶ ἀπέθετο δαπανὸν ἐν τῷ πύργῳ ἐτῶν εἴκοσι πέντε, καὶ συλλαβοῦσα ἡ Μελιτηνὴ δύο κοράσια εἰσῆλθεν ἐν τῷ πύργῳ. Οἱ δὲ ἅγιοι τοῦ θεοῦ Σισίννιος καὶ Σισυνόδωρος ἦσαν ἀδελφοὶ τῆς Μελιτηνῆς, ἦσαν δὲ στρατευόμενοι ἐν Νουμέρῳ, ἤτοι Ἀραβίᾳ. ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν πήξαντες τὸν στρατὸν, ἀπῆλθον ἐν τῷ πύργῳ ἐπισκέψασθαι τὴν ἑαυτῶν ἀδελφήν, καὶ γενομένων αὐτῶν πρὸς τὴν θύραν, ἔκραζον ἀνοιχθῆναι αὐτοῖς. Ἡ δὲ Μελιτηνὴ ἰσχυρίζετο μὴ ἀνοῖξαι αὐτοῖς λέγουσα. Οὐ δύναμαι ἀνοῖξαι ὑμῖν, ὅτι παιδίον ἐγέννησα, καὶ φοβοῦμαι ἀνοῖξαι. Οἱ δὲ διϊσχυρίζοντο, λέγοντες. ἄνοιξον ἡμῖν, ὅτι ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἐσμέν, καὶ τὰ μυστήρια τοῦ θεοῦ βαστάζομεν. Τότε ἤνοιξεν αὐτοῖς, καὶ εἰσῆλθον οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ. Τότε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐγένετο γῆν γελῶν θᾶττον, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν λαιμὸν εἰς ἕνα τῶν ἵππων τῶν ἁγίων, ὅπερ καὶ περὶ τὸ μεσονύκτιον ἀπέκτεινε τὸ παιδίον, ἡ δὲ Μελιτηνὴ ὠλόλυξε πικρῶς, λέγουσα, ὦ Σισίννιε, καὶ σὺ Σισυνόδωρε, τί τοῦτο ἐποιήσατε; διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελον ἀνοῖξαι ὑμῖν. Τότε οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ ἐκτείναντες τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ᾐτοῦντο λαβεῖν τὴν ἐξουσίαν ταύτην κατὰ τῆς μυσαρᾶς.

Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτοὶ προσευχόμενοι ἀπεστάλη πρὸς αὐτοὺς ἄγγελος τοῦ θεοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς. Ὑπήκουσε κύριος ὁ θεὸς τῆς δεήσεως ὑμῶν, καὶ ἀπέστειλέ με ἐνισχύσαι ὑμᾶς, καὶ δοῦναι δύναμιν, ὅπου ἐὰν πορευθῆτε. Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἐκ τοῦ πύργου, ἐπέβησαν ἵπποις πτεροχαλίνοις, καὶ ἐδίωξαν βάθη, καὶ θαλάμους ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ λιβάνου, καὶ συναντήσαντες πεύκην ἠρώτησαν αὐτὴν οἱ ἅγιοι. Πεύκη ἴδες τὴν μυσαρὰν παρερχομένην, καὶ λέγει αὐτοῖς, οὐκ οἶδα. Λέγουσιν αὐτῇ οἱ ἅγιοι, ἐν οἷς ἔκρυψας ἡμῖν τὴν μυσαρὰν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν οὐκ εἶπας, ἄρριζος ὁ βλαστός σου, καὶ ξηρὸς ὁ καρπός σου. Εἶτα συνηντήσαν τὴν ἐλαίαν, καὶ λέγουσιν αὐτῇ οἱ ἅγιοι. Ἐλαία ἴδες τὴν μυσαρὰν περιερχομένην, καὶ λέγει αὐτοῖς. Ναὶ κύριοί μου ἔνθα κἀκεῖθεν περὶ τὴν θάλασσαν ὑπὸ εἴκοσι βοτανῶν ὑπὸ φάσκοντος κεφαλὰς, ὑπὸ παίδων μυελῶν. Ναὶ ἐκεῖ μένει. Καὶ εἶπον αὐτῇ οἱ ἅγιοι. Εὐλογημένος ὁ καρπός σου, καὶ εἰς ναὸν κυρίου δαπανηθήσεται. Τότε κατέλαβον αὐτὴν τὴν μυσαρὰν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης. Καὶ λέγουσιν αὐτῇ. Ὁ θεὸς δι' ἡμᾶς τοὺς ἀχρείους αὐτοῦ δούλους προστάττει σοι κρατηθῆναι. Ἡ δὲ μυσαρὰ ἰδοῦσα τοὺς ἁγίους ὥρμισε κατὰ τῆς θαλάσσης. Συντείναντες οἱ ἅγιοι τὸν δρόμον αὐτῶν κατέλαβον αὐτήν. Καὶ λέγει ἡ μυσαρά. Ὦ Σισίννιε, καὶ σὺ Σισυνόδωρε, τί με πολλὰ βασανίζετε; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἅγιος Σισίννιος λέγει αὐτῇ. Ἀπένεγκέ μοι τὰ ἑπτὰ τέκνα τῆς Μελιτηνῆς, καὶ οὐ βασανίζω σε. Λέγει δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μυσαρά. Ἐὰν δυνάσαι σὺ ἀνενεγκεῖν, μητρικὸν γάλα, ὃ ἐθήλασας, κἀγώ σοι δώσω τὰ ἑπτὰ παιδία τῆς Μελιτηνῆς. Τότε ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ Σισίννιος ἐπεκαλέσατο τὸν θεόν. Κύριε σὺ εἶπας, ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα. Καὶ ἐν ἐμοὶ δεῖξον τὴν σὴν ἀγαθότητα, καὶ γνώτωσαν τὸ ὄνομά σου πάντες, ὅτι σὺ εἶ θεὸς μόνος. Καὶ εὐθέως ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ Σισίννιος ἀνήνεγκε τὸ μητρικὸν γάλα ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ λέγει πρὸς τὴν μυσαρὰν, ἰδοὺ τὸ μητρικόν μου γάλα. Ἀνένεγκε καὶ σὺ τὰ ἑπτὰ παιδία τῆς Μελιτηνῆς. Καὶ εὐθέως ἀνήνεγκε καὶ αὐτὴ τὰ ἑπτὰ τέκνα τῆς Μελιτηνῆς. Εἶτα λέγει ἡ μυσαρὰ τοῖς ἁγίοις. Δέομαι ὑμῶν ἅγιοι τοῦ θεοῦ, μή με πολλὰ βασανίζετε. Καὶ ὅπου κεῖται τὸ φυλακτήριον τοῦτο, οὐ μὴ εἰσέλθω ἐκεῖ, καὶ ὅπου ἀναγνωσθῇ, οὐ μήτι κρούσω ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ κατασκοπῶ, καὶ φεύξομαι ὡς ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα. Ἦν καὶ ἐάν τις δυνηθῇ καταγράψαι τὰ δώδεκά μου ὀνόματα οὐκ ἀδικήσω τὸν οἶκον ἐκεῖνον. Οὔτε δυναστεύσω τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὐδὲ τετράποδα αὐτοῦ ἐξαλείψω, οὐδὲ τῶν μελῶν αὐτοῦ ἔχω ἐξουσίαν. Τότε ὥρκισεν αὐτὴν ὁ ἅγιος Σισίννιος, λέγων, ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ, οὗ ἤκουσεν ἡ πέτρα, καὶ διερράγη. Ὁ θεὸς τοῦ ἁγίου Μάμαντος, τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου, τοῦ ἁγίου Ταρασίου, τοῦ ἁγίου Δομετίου, τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παντελεήμονος, καὶ Ἑρμολάου, τοῦ ἁγίου μάρτυρος Νικήτα,

τοῦ ἁγίου

τοῦ ἁγίου Βαβύλα, τοῦ ἁγίου Πορφυρίου, τοῦ ἁγίου Βλασίου, τοῦ ἁγίου Εὐλογίου, τοῦ ἁγίου Νικολάου, τοῦ ἁγίου Βασιλείου, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τοῦ ἁγίου Λέοντος, τοῦ ἁγίου Ἐλευθερίου, τοῦ ἁγίου Δημητρίου, τοῦ ἁγίου Γεωργίου, τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ Πέρσου, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου προφήτου, προδρόμου, καὶ βαπτιστοῦ, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, τοῦ ἁγίου Ὀρέστου, τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου, τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων, τῶν ἁγίων ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, τοῦ ἁγίου Εἰρηνάρχου, τῶν ἁγίων μαρτύρων Αὐξεντίου, Εὐγενίου, καὶ Ὀρέστου, καὶ Μαρδαρίου, καὶ Λουκίας τῆς παρθένου, καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων Πηγασίου, Ἀφθονίου, Ἐλπιδηφόρου, καὶ Ἀνεμποδίστου, τῆς ὑπερυμνήτου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σὺν τῶν ἁγίων. Ἀμήν. Horum ea ſententia fuerit : *Sub Conſulatu Laurentii Regis, erat mulier in regione Auſitide, ſeu Arabia, Melitene nomine, quæ ſeptem genuerat filios, quos illi abſtulerat execranda nuncupata Gelu: denuoque concepit Melitene, &, partui proxima, turrim exædificavit, eamque intus & extra munivit, poſuitque in turri, qui faceret ſumptus, virum annorum viginti quinque : tum demum cum duabus puellis turrim ingreſſa eſt Melitene. Sancti porro Dei Siſinnius, & Siſynodorus, Melitenes fratres, in Numeria, ſeu Arabia, militabant. Factum eſt itaque aliquando, ut exercitu per ſtativa dimiſſo, in turrim venirent, propriam ſororem inviſuri : qui cum ad fores perveniſſent, contenta voce, ut reſerarentur, clamabant. Melitene omnino portas reſerare nolebat, dicens : Non poſſum vobis aperire; filius enim natus eſt mihi, & timor occupat me; ideo non aperiam. Illi contendebant, dicentes : Aperi nobis ; Angeli enim Dei ſumus, & Dei myſteria portamus. Illa aperuit ; & Sancti Dei ingreſſi ſunt. Eodem tempore ſpiritus immundus factus eſt terra, & unius ex Sanctorum equis guttur introit ; &, circa mediam noctem, infantulum interemit. Melitene vero, amare ejulans, ſublata voce dicebat : ô Siſinni, & tu Siſynodore, quid feciſtis mihi ? propterea non aperiebam vobis. Tum Sancti Dei, ſublatis in cælum manibus exorabant, ut ſibi facultas contra execrandam illam concederetur. Cum diu orationem protenderent, miſſus eſt Angelus Dei, qui dixit illis : Exaudivit Deus preces veſtras, & miſit me ad corroborandum vos, & robur conferendum, quocunque contenderitis. Illi egreſſi è turri, conſcenſiſque equis, habenas veluti alas habentibus, profunditates & cavernas in monte Libano perſcrutati ſunt ; & cum inveniſſent pinum, Sancti interrogaverunt, num vidiſſet execrandam prætereuntem. Reſpondit, non vidiſſe. Et Sancti : Quid*

Quia abscondisti nobis exsecrandam, & veritatem occuluisti, sine radice surculus tuus sit, & fructus exsiccatus. Tum invenerunt olivam; & dicunt illi: Oliva, vidisti execrandam prætereuntem. Quæ respondit: Vidi, Domini mei, hac atque illac circa mare prætereuntem, sub viginti herbis, sub Phasionis capitibus, sub medullis Puerorum; ita est, ibi manet. Et dixerunt Sancti: Benedictus fructus tuus; & in templo Domini consumetur. Tunc comprehenderunt illam execrandam in littore maris, & dicunt illi: Deus tibi per nos, servos suos inutiles, imperat: teneris. At execranda, videns Sanctos, proruit in mare. verum Sancti, concitato cursu, ipsam apprehendunt. Et dicit execranda: O Sisinni, & tu Sisynodore, quare me tantopere vexatis? Et respondens Sanctus Sisinnius, dicit: Restitue mihi septem Melitenes filios, & non ultra vexabo. Et execranda respondit: Si tu restitues maternum lac, quod suxisti, ego etiam ipsa reddam septem Melitenes filios. Tum Sanctus Dei Sisinnius, invocato Deo; Domine, ait, tu dixisti, non futurum impossibile apud Deum omne verbum: in me etiam ostende tuam bonitatem, ut cognoscant nomen tuum omnes, quod tu es solus Deus. Statimque Sanctus Dei Sisinnius reddidit ex ore maternum lac; & dicit ad execrandam: Ecce maternum meum lac; redde & tu septem filios Melitenes. Statimque restituit & ipsa septem filios Melitenes. Tum execranda subdit: Precor vos, Sancti Dei, ne nimium me vexetis; & ubicunque jacuerit Phylacterium hoc, ipsa non ingrediar, & ubi lectum fuerit, non introibo, sed fugiam, longeque me proripiam ad stadia sexaginta. Quod si quis duodecim mea nomina scripserit, non officiam domui illius, neque aggrediar domum illius, neque quadrupedes illius delebo, neque membrorum illius facultatem habebo. Tum adjuravit eam Sanctus Sisinnius, dicens: Adjuro te per Dei nomen, quod audiit saxum & scissum est. Deus sancti Mamantis, sancti Polycarpi, sancti Tarasii, sancti Domitii, sancti martyris Panteleemonis, & Hermolai, sancti martyris Nicetæ, sancti Babylæ, sancti Porphyrii, sancti Blasii, sancti Eulogii, sancti Nicolai, sancti Basilii, sancti Ioannis Chrysostomi, sancti Leonis, sancti Eleutherii, sancti Demetrii, sancti Georgii, sancti Theodori, sancti Iacobi Persæ, sancti Ioannis Prophetæ Præcursoris & Baptistæ; sancti Ioannis Theologi, sancti Eustathii, sancti Orestæ, sancti Andreæ, sanctorum CCCXVIII *Patrum, sanctorum Anargyrorum Cosmæ & Damiani, sancti Epiphanii, sancti Irenarchi, sanctorum martyrum, Auxentii, Eugenii, Orestæ, Mardarii, & Luciæ Virginis, & sanctorum martyrum Pegasii,*

gasii, Aphthonii, Elpidiphori, & Anempodisti, laudatissimæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum; Amen. Et hæ sunt aliorum ineptiæ, quibus similium muliercularum incommoda se repellere existimant homines nugacissimi, & dementissimis illis mulierculis multo magis infatuati.

VIII. Illi semper, ut eos etiam penitius introspicias, religionem ac pietatem præ se ferunt. Barba ipsis longior, capillis subnixa, & propexa in pectore, nasus prominens, oculi cavi, pallor omnia occupans, macie cutis adjuncta, tapes est male compactus vestis, qua tegunt corpora, & ventis obvius; omnes reverentur, omnes adorant; retrahunt se sæpissime, ut obvio cuique locum cedant, &, ut gratius beneficium succedat, capitis quadam submissione, vel distorsione humerorum, actionem convestiunt. Etiamsi non vocaveris, dummodo intentius homines intuearis, accedunt, subrident, fausta omnia deprecantur; quod jam multo adhuc tempore, quotiescunque Deum exorant, se fecisse dicunt; quod intellexerint, pium alias hominem esse, & miserorum amicum, hoc ævi homini Christiano apprime necessarium, cum calamitates undique irruant. Tum trahit, sed quasi nollet, ex intimo pectore suspirium; &, quasi invito, lacrymæ excidunt. deinde, sublatis oculis, quædam submurmurat, & veluti spiritu plenus, & grandia meditans, celeri pede convolvit se; &, si observari se, deprehenderit, in ædem sacram, vel oratorium introit, fixusque multa secum agitat, & Sanctos omnes, inibi depictos, mussitationibus convellit, donec fessus, vel potius quod non sit qui videat, abscedit. Peractis hisce præludiis, rursus in scenam redit, & intimior factus, cum eundem offenderit, accurrit, amplectitur, manus deosculatur, illius etiam εὐλογίαν quam enixissime petit. Vidisse se, ait, nescio quid, in mente, & cognovisse, quod sit argumento certissimo, quantum Deo carus vivat; facta, dicta illius palam ista indicare: tot pauperes, tot miseros, ab inopia & ærumna, illius munificentia, ereptos, dicti sui testes esse non leves: habere se etiam multa, quibus hominum necessitatibus succurrere possit; cautius tamen cum illis se agere, quod, cum ipse sine ulla spe præmii id agat, illi tamen, in quos beneficium collatum est, multo largius dent: ideoq; benignitatem suam multoties clau-

di, quandocunque ille corda hominum, & propter Deum solum, non pecunias, ambiat. Sequitur postmodum catalogus ingens rerum, quibus domos aliorum felicissimas fecisset: non deesse sibi Amuleta & Phylacteria, ad medendum omni generi ægritudinum, & noxas ab agris aliisque mercimoniis repellendas: divites etiam à se fieri, dummodo velit: ubi ipse subsistat, nullum esse in posterum locum adversæ fortunæ; alia quoque multa sibi reservare, quæ, dummodo occasio venerit, amicorum utilitati impensurus sit. Ita homo ille alter, qui non nisi lucro inhiat, spe tanti thesauri abreptus, hominem rogat, ut una domum proficiscatur; gavisurum enim se, ubi ipse id fecerit. Ille primum fingere, non posse expectare, promisisse aliis, non defuturum tempus, quod ipse agnoscat suo adventu domui commodissimum. Et quandoque hac ratione abitionem differt. Sed si fames urget: Etiamsi, inquit, non invitasses, mihi jam erat animus accedere; bona enim, quæ domui tuæ impendent, non erant diutius reticenda. In ipso portæ limine multa insusurrat; ingressus cellulas omnes revisit, sæpius dictitans: O domum fortunatam! Tum scalas ascendit, omnia lustrat, prospera deprecatur; &, ut aliquid fecisse videatur, è scrutinio suo cantiunculam erutam, licet inepte comptam, cantillat. Omnes, qui in domo sunt, hominis cultum & pietatem admirantur: rogant, ut sæpius invisat. tum, oneratum muneribus dimittunt. Qui postmodum, non vocatus, accedens, incommodis medetur, & ineptiis hujuscemodi domum replet, &, vicinis innotescens, omnem viciniam contaminat. Et miselli illi homines non apprehendunt, nullas eum aliis divitias ac opes suppeditaturum, qui eis alios emungat: aliàs primum sublevaret semet ipsum, quam alios. Prudentiores interim aliquando, aliorum exemplo, & cautiores redditi, tale hominum genus insequuntur, deferunt, ad Magistratus conducunt, &, veluti noxios, sæpissime castigant, & extorres faciunt: nulla tamen diligentia id impetrare possunt, ut penitus exstirpentur. Sed jam diu satis vagati sumus: redeamus ad rem.

IX. Michaël Psellus morbos similes puerorum, quos nos à Strigibus provenire, continuo experimento videmus, ad naturales causas defert. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τὸ πάθος σώμασιν οἰκεῖον νεογελλοῖς, ὥσπερ καὶ τὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς παιδικὸν ὀνομαζόμενον. Ἀλλ' ἐκεῖνο

μέν ἐστιν

μὲν ἐστιν ἐπίληψις ἀκριβὴς διὰ τὴν τῶν μορίων ὑγρότητα παχυνούσης τῆς μήνιγγος. Τοῦτο δὲ σύντηξις τῶν σπλάγχνων ἀπὸ στερήσεως, ἅτε στερρότητος στερουμένων ὑφιζανόντων, καὶ τοῖς βρέφεσιν ἐμποιούντων τὸν θάνατον. Ὅτι μὲν οὖν πεφανέρωται ταῦτα τῷ βίῳ εἴζασιν οἱ σοφοί. Σὺ δὲ τὶ πλέον ἐπίστασο, τὰ μὲν ἀνάγων εἰς ὑψηλοτέρας ἐννοίας, τὰ δὲ ἀπὸ δοξῶν ἀρχαίων εἰς τὰς δημώδεις ὑπολήψεις κατάγων. *Verumtamen affectus iste proprius est corporibus nuper genitis, & proli novæ ; quemadmodum &, quæ apud multos ægritudo puerilis nuncupatur. sed illa quidem exquisita epilepsia est propter membrorum humiditatem, qua involucra cerebri afflictantur: hic vero interiorum consumptio ex privatione, quæ, solida substantia absumpta, consident, & infantibus exitium afferunt. Hæc autem humanæ vitæ innotuisse, sapientes norunt. Tu porro aliquid amplius perquirito, partim ad sublimiores sententias sustollens, partim ab opinationibus antiquis ad populares opinationes deferens.* Et hæc Psellus.

X. Qui quemadmodum in his, quæ de Strigibus loquitur, placere non potest ; ita omnino exosculandus est pro iis, quæ de Babutzicario edisserit : Ὁ μέν τοι Βαβουτζικάριος ἐξ ἑλληνικῆς φλυαρίας παρεισεφθάρη τῷ βίῳ. ἔνεστι γάρ που τοῖς ὀρφικοῖς ἔπεσι Βαβώ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινὴ, ἐπιμήκης τὸ σχῆμα, καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν. Ἱστορεῖ δὲ καὶ Πορφύριος ὁ φιλόσοφος περὶ τούτων. ἔθνος δέ τι βόρειόν τε καὶ βάρβαρον πολλοῖς τοιούτοις ἐντυχηκέναι νυκτερινοῖς φάσμασιν, ἃ δή φασι νυκτὸς μὲν ἐπικαίειν, ἡμέρας δὲ ἐντυγχάνειν τοῖς ἐπικαυθεῖσι λεπτοῖς τισι, καὶ ἀμαυροῖς σώμασι, νήμασιν ἀραχνίοις προσεοικόσιν. Ἀπὸ γοῦν τῆς Βαβοῦς ὁ Βαβουτζικάριος παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνεπλάσθη. Καὶ ἔστι μὲν οὐδαμοῦ ἐπιχωριάζων τῷ βίῳ, ἀλλ᾽ οἱ δειλότεροι τῶν ἀνθρώπων εἶναι δὴ τοῦτον τὸν δαίμονα πλάττουσιν. Ἦν γάρ τις κἀμοὶ ἀνθρωπίσκος ἀγεννὴς μὲν τὴν ψυχὴν, λογοποιὸς δὲ οὐχ ἥκιστα. Τούτῳ γοῦν οὐ νυκτὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμέρας τὰ τοιαῦτα παρυφίστατο φάσματα. Ἑώρα γὰρ τὸ μὴ ὂν, ὥσπερ ὁ Ὀρέστης τὰς Εὐμενίδας. Καὶ ἔπλαττε τὸ ἀνύπαρκτον. νυκτὸς δὲ βραχύ τι προβαίνων, εἶτα δειλιάσας ἀνέστρεφε, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀνετύπου τὸν μὴ ὄντα Βαβουτζικάριον. Ἔστι δὲ τοῦτο ἐκ κοινοῦ πάθους σώματός φημι καὶ ψυχῆς. Ἡ μὲν γὰρ τῇ ἐμφύτῳ νόσῳ ταράττεται. Οἵ δέ γε ὀφθαλμοὶ ἀσθενῶς τηνικαῦτα τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως ἔχοντες, καὶ μὴ καθαρὸν τὸ φῶς ἀκοντίζοντες, ὃ πάσχουσιν ἔσωθεν, ἔξωθεν δοκοῦσιν ὁρᾷν. Καὶ τὸ πάθος τοῦτο δαίμων ἐκείνοις ἐνομίσθη, καὶ ὠνομάσθη. εἰ δὲ μὴ πάντα τὸν χρόνον, ἀλλ᾽ ἐν αἷς ἡμέραις τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν πανηγυρίζομεν, καὶ τὸ θεῖον ἑορτάζομεν βάπτισμα, τοῦτο δὴ τὸ πάθος εἰς δαίμονα

ματα ἀναπέπλασται, θαυμάζειν οὐ χρή. τηνικαῦτα γὰρ διὰ τὰς ἀναγκαίας πανηγύρεις νυκτὸς περὶ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι ἀφικνούμενοι, τό, τε πάθος ὑφίστανται, καὶ ἡ τοῦ δαίμονος χώραν ἔσχεν ὑπόληψις. *Babutzicarius ex Gentilium ineptiis in opiniones hominum irrepsit. habetur enim in Orphei carminibus Babo quædam dea nocturna, figura prælonga, substantia tenebricosa. Tradit quoque Porphyrius Philosophus de his iisdem gentem esse Aquilonarem, & barbaram, similibus nocturnis spectris perterritam, quæ tradunt nocte quidem comburere, interdiu vero combusta subtilia quædam atque exilia corpora offendere, texturis araneorum haud dissimilia. A Babone itaque ista apud multos Babutzicarius factus est, qui nusquam inter mortales est: sed, qui inter homines magis meticulosi sunt, Dæmonem hunc fingunt. Erat etiam penes me homuncio, animo semper metu commotiore, & ad res comminiscendas promptissimo. Huic non noctu tantum, sed & interdiu, spectra occurrebant; cum id, quod non erat, intueretur, quemadmodum Orestes Eumenidas; & confingebat, quod nullo modo subsistebat. Noctu autem paululum progrediens, timore percitus revertebatur, multisque, qui nullus fuerat, Babutzicarium figurabat. Oritur hoc ex communi affectione corporis & animæ: hæc namque innato sibi morbo concutitur; oculi, facultate videndi eo tempore non bene valentes, nec purum lumen ejaculantes, quod intus patiuntur, deforis intueri sibi videntur. Et hæc ægritudo Dæmon illis esse existimatur. Quod si non omni tempore, sed, quibus Christi Natalem celebramus, sacrumque ejus baptismum colimus, diebus, affectus hic in Dæmonem effingitur, admirari non oportet. Tunc enim, propter solemnitatum necessitatem, noctu homines ad se invicem accedentes, affectum hunc subeunt. Et sic de Dæmone opinatio locum habuit.* Hæc Psellus, satis ad rem: neque enim, qui octiduo Natalis Domini nascitur, speciem propriam immutare potest, & aliam induere: nec propterea Dæmon illum unquam exagitabit. Babutzicarii meminit etiam Suidas: Ἐφιάλτης ἡ εἰς τὴν κεφαλὴν ἀνατρέχουσα ἀναθυμίασις ἐξ ἀδηφαγίας, καὶ ἀπεψίας· παρὰ ἰατροῖς ἐφιάλτης λέγεται, ὁ λεγόμενος παρὰ πολλοῖς βαβουτζικάριος. *Ephialtes est, quæ ad caput concurrit exhalatio ex voracitate & indigestione. Ea apud medicos Ephialtes dicitur, apud plebem Babutzicarius nuncupatur.* Suidæ tamen Babutzicarius longe alius est à Pselliano, & quem nunc modo appellamus Callicantzarum; & ægritudinem hanc, quam ita nuncupat Suidas, Psellus, ut infra videbimus, Barychnam vocat: cum

Ephial-

Ephialtes, non octiduo Christi Natalium, sed quocunque tempore, homines aggrediatur. Quare nomina Psellum confudisse, non dubito; quod in eo Auctore mirum non est, cum recondita semper ambiat, & nova in medium afferat; in quibus facillimum est memoria labi. Hominum nihilominus vulgus ita insaniit, ut asserere non vereatur, eum, qui per octo dies illos in lucem editur, ita arripi à Dæmone, ut non nisi ad aliorum noxam & suam natus esse videatur: tum enim, per illud octiduum, è domo propria prorumpens, extraque se factus, per noctem vagatur, nullum certum locum habens, sed semper, ac si quispiam eum persequeretur, gradu Pegaseo, & vorans viam, cursuram, quam incipit, continuat; nec unquam quiescit, incultus atque horridus; hominem ubi videt, acutis recurvisque unguibus, quos nunquam subsecat, carptum fœde laniat, vultum petens ac ora dilacerans: tum, per humeros eorum saliens, sedet prægravans atq; comprimens: quem cum jam semianimem effecerit, interrogat, στοῦππος, ἢ μόλυβδος. *stuppa ne, an plumbum?* Si, stuppa, responderit, non ultra offendit, sed in terram subsiliens, alium, quem affligat, concitatiori gradu perquirit. Si, plumbum, dixerit, tum ille, plus quam vires postulant prægravans se, onere opprimit, & unguibus misere excruciatum semimortuum deserit, & ultra progreditur. Vt vero à simili imaginatione detrahant hominem, & aliquo solamine sublevent, cribrum illis diebus illi porrigunt, præcipiuntque, ut foramina numeret. Ille numerare incipit serio, ac cate; &, cum ad duo pervenerit, iterum ab initio numerum reassumit, iterando semper, unum, duo; nec addit unquam tertium; tanquam sibi male ominosum. Id si, qui adest, suggerat, ille nihilominus in eo edicendo mutescit &, unum, ac duo, repetit. Pestem similem Καλλικάντζαρον, *Callicantzarum*, vocant. Sed, unde nomen habeat, nondum novi.

XI. Hinc varia apud eos agitantur proverbia. Cum aliquem semper vident, eodem habitu vestitum, dicunt: Βάλλε τίποτε καινούριο ἀπάνω σου διὰ τοὺς καλλικαντζάρους. *Sume supra te aliquid novi, saltem propter Callicantzaros.* induere nempe aliqua veste nova, ne scissis vestibus ac flaccidis, in Callicantzarum incidas; si ob nullam aliam causam, saltem ut te à Callicantzaro defendas. Sic etiam, cum aliquem non sanæ mentis conspiciunt dicunt: Ἐκαπέβης

τέβης ἀπὸ τὰ τζιποτάματα. δὲν πᾶς εἰς τὰ τζιποτάματα; *Descendisti è Tripotamatis. Nonne accedis ad Tripotamata?* Tripotamata, in insula Chio locus est sylvestris & inaccessus, nullique unquam hominum pervius, sed continuis phasmatum spectris horribilis; in quem Callicantzaros hosce congregari immorarique, &, quæ ex ingenio sunt, efficere, fama est; ideoque quasi ineptum, insanum, atque delirum, ad similes sortis homines mittunt: &, fatuum insulsumq; fatentur ab eo loco descendisse. Multi pueros, die, Christi Natalibus sacro, genitos, ne in Callicantzaros evadant, pedibus abreptos, ad ignem, in foro accensum, deferunt; quos brachiis sustinentes, & calcaneos manibus fortiter tenentes, pedum plantas in ignem convertunt; quas exuri quodammodo sinunt, donec infantulus igne semiustus voces extulerit, & lacrymis suis ac ejulatibus misericordiam à tenentibus excusserit: postea oleo illinunt, & remedium, quod ipsi sciunt, apponunt: existimant enim, calore illo ignis, ungues resecari adurique; quibus detractis, nullum absque armis evadere Callicantzarum.

XII. Et hæc ferenda videntur, si unum excipias Burculacam; alii Bulcolaccam, alii Buthrolacam vocant; quo sane in genus humanum nihil potest excogitari immanius aut perniciosius. Nomen est inditum à fœditate. Βȣ̃ρκα limus est, non quilibet, sed qui jam putrescenti aqua maceratus, pessimam exhalat Mephitim, ut ita dicam. Λάκκος fossa, seu cavea, in qua similis limus fovetur. Est porro pessimi hominis, & facinorosi, sæpeque etiam ab Antistite suo excommunicati cadaver, quod, non ut reliqua demortuorum corpora defossa dissolvuntur atque in pulverem abeunt, sed quasi ex firmissima pelle constaret, per omnes sui partes intumescit, atque distenditur, ut vix flecti aliqua sui parte possit; sed cutis, tanquam tympanum, extensa, eundem, ac tympanum, si pulsatur, sonum edit; quare & τυμπανιαῖος dicitur. Corpus, sic deformatum, Dæmon ingreditur, & miseris mortalibus infortunium parit. Sæpe enim sub eo cadavere è sepulchro egressus, & per urbem & alia loca habitata circumiens, & noctu potissimum, ad quam sibi libuerit ædem, confertur, pulsatisque foribus, aliquem ex accolis ædis, voce sonora compellat. Si responderit, actum jam est de eo: altero enim die mortem obit. Si non responderit, salvus est.

Hinc

Hinc in ea insula cives omnes, si noctu ab aliquo compellantur, nunquam prima vice respondent: nam, si secundo compellatus fuerit, jam, qui quærit, Burcolacca non est, sed alius. Eamque pestem adeo exitiosam mortalibus esse dicunt, ut interdiu etiam, & meridie ipso, non intra ædes tantum, sed in agris, & viis mediis, & sepibus vinearum, prætereuntes aggrediatur, & aspectu solo ac visu conficiat, non verbis tantummodo & contactu enecet. Homines ipsi, qui viderunt, si alloquantur, spectrum disparet; qui locutus est, moritur. Quare cives, cum vident homines, nulla grassante infirmitate, in tanta copia emori; suspicati quod est, sepulchra, in quibus recens defunctus sepultus est, aperiunt; aliquando statim, aliquando etiam tardius, cadaver nondū corruptum, inflatumque, comperiunt: quod è sepulchro extractum, precibusque effusis à sacerdotibus, in rogum ardentem conjiciunt; & nondum completa supplicatione, cadaveris juncturæ sensim dissolvuntur, & reliqua exusta in cineres convertuntur. Alii Dæmonem esse, qui figuram demortui hominis induerit, opinantur, sub eaque homines, quos ipse vult, conficere. Hanc opinationem ex populi animis evellere conati sunt, non veteres modo, (neque enim nupera est, aut hodie nata in Græcia, hæc opinio,) sed etiam recentiores pii homines, qui Christianis à confessionibus sunt. Incerti Auctoris Nomocanon, qui se, ex Nesteuta, ista exscripsisse fatetur: Περὶ ἀνθρώπου ἀπεθαμένου ἐὰν εὑρεθῇ ἀκέραιος, τὸν ὁποῖον λέγουν Βουλκόλακα, ἐὰν εἶναι ἀληθὲς, καὶ τί νὰ γένῃ εἰς αὐτόν. Τοῦ Νιστούλου κεφάλαιον νβ΄. Τοῦτο δὲν εἶναι, ὅτι ὁ ἀποθαμένος νὰ γένῃ βουλκόλακας, ἀμὴ ὁ διάβολος θέλοντας νὰ γελάσῃ τινὰς, νὰ κάμουν πράγματα ἄτοπα, διὰ νὰ τοὺς ὀργίζεται ὁ θεὸς κάμνει ταῦτα τὰ σημεῖα, καὶ πολλαῖς φοραῖς τὴν νύκτα φαντάζει τινῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἔρχεται ἐκεῖνος ὁ ἀπεθαμένος, ὁποῦ τὸν ἐγνώριζε πρωτίτερα, καὶ ὁμιλεῖ μετ' αὐτοὺς, καὶ εἰς τὸν ὕπνον τοὺς βλέπουν καὶ τινὰ ὁράματα. Ἄλλη φορὰ τὸν βλέπουν εἰς τὴν στράταν, καὶ περιπατεῖ, ἢ στέκεται. καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀμὴ πνίγει καὶ ἀνθρώπους. Ὢ τῆς μωρίας τῶν ἐλεεινῶν ἀνθρώπων. Ὁ ἀπεθαμένος περιπατεῖ, καὶ θανατώνει ζωντανούς. μὴ γένοιτο. Ὅμως παρακινοῦνται οἱ ἄνθρωποι, καὶ τρέχουν εἰς τὸν τάφον, καὶ σκάπτουν νὰ εἰδοῦν τὸ λείψανον ἐκεῖνο. Καὶ ἐπειδὴ δὲν ἔχουσι καθαρὰν πίστιν εἰς τὸν θεὸν μετασχηματίζεται ὁ διάβολος, καὶ ἐνδύεται, ἤγουν φορένει ὡσὰν φόρεμα τοῦ ἀπεθαμένου ἐκείνου σώματος. Καὶ ἐκεῖνος ὁ ἀπεθαμένος, ὁποῦ ἔχει τόσον καιρὸν

εἰς τὸν

εἰς τὸν τάφον ἀπεθαμμένος, ὅπου φαίνεται ὅτι ἔχει σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ ὀνύχια, καὶ τρίχες, καὶ ὡς τὸ βλέπουν τοῦτο κατὰ φαντασίαν οἱ ταλαίπωροι ἐκεῖνοι ἄνθρωποι τρέχουν εἰς τὸ κακὸν, καὶ μαζώνουν ξύλα, καὶ βάνουν φωτιὰ, καὶ καίγουν ἐκεῖνο τὸ σῶμα, καὶ τὸ ἀφανίζουν παντελῶς, καὶ δὲν γνωρίζουν οἱ ἄγνωστοι, ὅτι εἰς τὴν φρικτὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑτοιμάζεται νὰ λάβουν τὴν παίδευσιν εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον, νὰ καταχαίουν αἰωνίως, καὶ τὸ μὲν λείψανον ἔκαψαν καὶ ἀφάνισαν κατὰ τὸ παρόν. ἀμὴ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως θέλουν ἀποκριθῆ τούτων τῶν ἀνθρώπων ἔμπροσθεν εἰς τὸν φοβερὸν κριτὴν, καὶ παρ' αὐτοῦ θέλουσιν ἀκούσει τὴν ἀπόφασιν, ἵνα ὑπάγουσιν εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ, νὰ κολάζονται αἰωνίως. Ἐὰν οὖν μετανοήσουσιν ὁλοψύχως εἰς τὸ μέγα ἁμάρτημα, ὁποῦ ἔκαμαν, ἂν εἶναι λαϊκὸς, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι ἔτη ς'. Εἰ δὲ καὶ εἶναι ἱερεῖς νὰ καθαίρονται παντελῶς τῆς ἱερωσύνης αὐτῶν. Γξεύρε δὲ ὅτι, ὅταν εὑρεθῇ τοῦτο τὸ λείψανον, τὸ ὁποῖον εἶναι ἔργον τοῦ διαβόλου, ὡς εἴπομεν, νὰ καλέσητε τοὺς ἱερεῖς νὰ ψάλλουσιν παράκλησιν τὴν θεοτόκου, νὰ κάμουσιν καὶ μικρόν ἁγιασμὸν, εἶτα νὰ λειτουργήσουσιν, καὶ νὰ ὑψώσουσιν παναγίαν εἰς βοήθειαν πάντων, καὶ νὰ κάμουσιν καὶ μνημόσυνα μετὰ κολύβων. Εἶτα τοὺς ἀφορκισμοὺς τοῦ μεγάλου, καὶ τοὺς δύο ἀφορκισμοὺς τῆς βαπτίσεως διαβάζεις ἀπάνω εἰς τὸ λείψανον, τότε μὲ τὸ ἁγίασμα, ὁποῦ ἔκαμες τοῦ μικροῦ ἁγιασμοῦ νὰ ῥάνης τὸν λαὸν, ὁποῦ νὰ τύχῃ ἐκεῖ, καὶ τὸ περισσότερον νὰ τὸ χύσῃς ἐπάνω εἰς τὸ λείψανον. Καὶ χάριτι Χριστοῦ φεύγει τὸ δαιμόνιον ἀπ' αὐτὸ τὸ λείψανον. *De homine mortuo, si integer inventus fuerit, quem Bulcolacam nuncupant; si verum est, quod de eo refertur, & quid agendum sit; ex Nesteuta. Hoc non est, mortuum fieri Burcolacam; sed Diabolus, nonnullis imponere cupiens, ad absona perpetranda, ut Dei iram incurrant, hæc signa operatur, & sæpe nocte in imaginatione aliquorũ hominum ponit, mortuum illum advenire, quem prius agnoscebat, & cum eo conversabatur. Et inter somniandum vident aliqua spectra: alio tempore eum in via conspiciunt, sive ambulantem, sive stantem: neque hoc solummodo, sed etiam homines suffocat. O miserorum hominum stultitiam! Qui mortuus est, obambulat, & vivos necat? Absit hoc. Nihilominus homines perturbantur, & in sepulchrum festinant, & effodiunt, ut cadaver illud conspiciant. Et, cum pura fide destituuntur, Diabolus transformatur, & induit, veluti indumentum, demortui illius cadaver: & demortuus ille, qui tanto tempore in sepulchro jacuerat, apparet illis, carnem habens & sanguinem & ungues & pilos: quem ubi aspexerint, imaginatione miseri illi homines ad malum properant & ligna exaggerant, & ignem*

ignem ſuccendunt, & corpus illud comburunt, & penitus delent; nec vident inſenſati, in tremendo ſecundo adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti præparari ſibi punitionem in ſempiterno illo igne, atque inextinguibili, ut ſempiterne ardeant: & cadaver quidem illud exuſſerunt & deleverunt in præſentia, ſed tempore futuro, die nempe judicii, rationem reddent de hiſce omnibus ante tremendum judicem, & ab eo condemnationem audient, ut in ignem procedant, & puniantur ſempiterne. Si itaque ex toto corde pœnitentiam egerint propter hoc immane ſcelus, quod patrarunt, ſi fuerint Laici, maneant ſine communione ſex annos; ſi fuerint ſacerdotes, omnino ſacerdotio priventur. Scito vero, cum inventum fuerit ſimile cadaver, quod eſt opus Diaboli ut diximus, advocentur ſacerdotes, & deprecentur Virginem, & fiet parva aquæ benedictio: tum dicatur Miſſa, exalteturque Panagia ad omnium auxilium; & fiant commemorationes mortuorum cum Collybis. Poſtmodum ſuper illud cadaver legito magni Baſilii exorciſmos, & duos Baptiſmi: tum demum aqua illa benedicta, cui parva benedictione benedictum eſt, aſperge univerſum populum, qui aderit: quod ſuperfuerit aquæ, ſuper cadaver infundito; &, gratia Dei, ab eo cadavere Dæmonium fugiet.

XIII. In quibus ſane multa conſideranda ſunt. Quamvis enim verum ſit, defunctum numquam fieri Bulcolacam, ſpectrum nempe illud, ex corpore defuncti & Dæmone compoſitum, attamen negari non poteſt, ſæpiſſime mortuorum animas in loca ſibi exoſa, ubi tamen nefarie vivendo Deum contempſerant, veluti in carcerem, ad ſuſtinenda præſcripta ſibi à Deo tormenta, conjici: & ſæpius etiam in corporibus propriis pœnas exſolvunt. Quare non erit abſonum, Deo ita permittente, animas ſimilium hominum in propria corpora compelli, quæ divina vis in illa fœditate conſervet, ut, primum, ipſæ in illis puniantur; tum demum iræ divinæ miniſtræ in alios quoque ſæviant. Neque corpus, quod conſpiciunt homines, & igne abſumunt, imaginatione, ſeu ſecundum phantaſiam, ut verbis Auctoris utar, videre dicendi ſunt, cum demortui corpus verum vere intueantur, illudque igni cremandum ſupponant; neque, qui ita credit, ſupplicio aut pœna dignus judicatur, ut perperam autumat ſcriptor. Sic quoque Dæmon poteſt ſibi corpus ex materia, quæ placuerit, in ſimilitudinem cujuſcumque conformare, adeo ut, qui phaſma viderit, vel juratus etiam conten-

det, veram oblati ſibi hominis imaginem ſe aſpexiſſe ; cum tamen, quod viderit, nihil ſit, quod reapſe conſiſtat, ſed à Dæmone tantum confictum. poteſt etiam minore labore corpus demortui arripere, &, in illud penetrando, hac atque illac veluti proprium deferre, agereque ea per corpus illud, quæ corpus agere poſſet, ſi viveret, quamvis non ea, quæ vitalia dicunt. Quis ergo adeo fatuus eſt, ut inficias ierit, Dæmonem non poſſe Bulcolacæ corpus tumens ac fœtidum è monumentis extrahere, & cum eo ambulando, infauſta mortalibus prænunciare, & noxam afferre ; quando ille in Angelum lucis ſe poteſt convertere ? Quare demortui anima corpus illud vehere poterit, ac ducere, tamen intus latens, Dæmon, & per urbem & agros iter habentibus, vel quibus ſibi placuerit, quos ſcit aliqua ægritudine celeriter morituros, repræſentare ; quandoque etiam ipſe venenato illo cadaveris halitu eos inficere ; & ita Numine annuente, mortem accelerat : quod cum poſtea igne crematum fuerit, vel aliis ſupplicationibus è poteſtate Dæmonis ſublatum, & diſſolutum, inſtrumento deperdito, Dæmonis quoque vis, illi innixa, evaneſcit. Neque male agunt, ubi ſimile quid perſenſerint, ſi ſepulchra perquirunt, donec inventum cadaver in medium urbis deferunt, & variis precibus devotum, igni abſumendum committunt. Preces enim cum piæ ſint, & à piis hominibus excogitatæ, quas nec improbat ſcriptor, nullo modo prohibendæ videntur. Aliter nihilominus ſentiendum eſt de nonnullis aliis, quibus fanatici quidam homines, & incantationibus addictiſſimi, Græci eas vocant Γητείας, corrupto, ut ſuſpicor, nomine à γοητεία, in quibus multa nefaria inſeruntur ; & quod execrabilius eſt, inter illas eaſdem preces ex ſuo cerebro, vel potius Dæmonis ſuggeſtione, multa non ſanæ mentis comminiſcuntur : nempe, ut cadaver Bulcolacæ, dum preces recitantur, rectum ſtet, illudque lignei ſcipiones ſuſtineant ; cum in ignem ceciderit, ſub capite tres lateres certo quodam modo diſponunt, alia etiam veluti reconditiora, & ſibi ſolis nota, exſequuntur. Et hæc quidem, quemadmodum omnino prohibere, & pœnis graviſſimis è cœtu hominum eliminare, ſummæ prudentiæ eſt, ita & ſummæ dementiæ, pernegare, corpora ſimilia incorrupta in monumentis quandoque reperiri, & eorum uſu, ſi Deus permiſerit, Dæmonem in genus humanum immania

nia

nia machinari; cum non desint fide digni testes, qui ea viderint, per multum tempus indissoluta, postmodum Christianorum precibus igne subacta, antequam ignis extinguatur, eorum compagine dissoluta, in cineres abiisse, nec ultrà corpus illud, sive Dæmonem sub eo corpore, vel alia illi consimili forma, in homines sæviisse. Narratur apud Crusium in Turco-Græcia lib. VIII, Sabbato Pentecostes Turcas combussisse Græcum, biennio ante defunctum; quod vulgo crederetur, noctu sepulchro egredi, hominesque occidere; alios autem veram causam perhibuisse, quod quindecim pluresve homines, spectrum ejus videntes, mortui sint: sepulchro extractum, consumpta carne, cutem ossibus adhærentem, integram habuisse. Et forsan non aliud fuerit, quod Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Constantino Copronymo narrat: Ὥσπερ δὲ ἐξεστηκότες τῷ δέει οἱ ἄνθρωποι, καὶ φαντασιούμενοι ἐδόκουν αὐτοῖς, ὡς ξένοις τισὶ συνοδεύειν, καὶ εἰδεχθέσιν ἀνθρώποις. καὶ εἶτα ὡς γνωρίμοις δῆθεν τοῖς ἐντυγχάνουσι προσαγορεύοντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ὡμιλημένα, ἑτέροις ἔπειτα ἀφηγούμενοι, καὶ ἄλλοις φάσμασι τισὶν ἐνδειματούμενοι εὗρον ξίφεσιν ἀλλήλους τινὰς βάλλοντας. *Tanta vero terroris magnitudo fuit, ut à sensibus alienati, varias sibi species atque imagines offerri, seque cum peregrinis & deformibus hominibus iter facere & colloqui, putarent: quos ubi, tanquam notos sibi, salutaverant, atque, ut moris est in via sibi invicem occursantibus, usitata officia præstiterant, eadem illa aliis postea referebant: iis atque aliis id genus spectris exagitati plerique, infestis in se gladiis incurrebant.* Et clarius Theophanes: Γενόμενοι δὲ ἐν ἐκστάσει ἐνόμιζον ξένοις τισὶ καὶ βελαροῖς προσώποις συνοδεύειν. οἱ δὲ ἀπαντῶντας ὡς φίλους δῆθεν προσαγορεύοντες διελέγοντο. σημειούμενοι δὲ τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα ἔσχατον ἐξηγοῦντο. ἑώρων δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ εἰς οἴκους εἰσερχομένους, καὶ τοὺς μὲν τοῦ οἴκου αἰωροῦντας, τοὺς δὲ ξίφει τιτρώσκοντας. συνέβαινε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων γίνεσθαι, οὕτως καθὼς εἶδον. *Multi hominum, mente abalienati, putabant, se cum peregrinis quibusdam & terribili vultu præditis hominibus iter facere, qui occurrentes sibi, tanquam amicos, compellarent, atque cum iis colloquerentur: ac cum annotasset quæ ab iis dicebantur, tum demum narrabant, cum ea jam exitus comprobasset. Videbant autem eos in ædes intrare, aliosque intus suspendere, alios gladio ferire: Eventus pleraque, ab ipsis dicta, vera ostendit.* Ex Theophane sua exscripsit Cedrenus. Et ne plura hîc aggeram; ipse puer, cum

Grammatices tyrociniis Chii, apud Michaëlem Neuridam, lectissimis moribus adolescentem, dabam operam, in templo S. Antonii, prope portam, qua in viridarium itur, à læva cum exis, sub ipsis gradibus quibus ascenditur, sepulchrum, quod diutissime clausum fuerat, adapertum fuit, ut novo, si bene recordor, ditaretur cadavere. Supra alia mortuorum ossa jacebat cadaver, omnibus suis partibus absolutum, statura grandiore atque enormiore, nullis amictum vestibus, quas tempus vel humor consumpserat, pelle distenta, subnigra, dura, sicque per omnes sui partes tumida, ut corpus non complanaret, sed veluti sacculum rotundaret; facies pilo nigro crispoque circumvestita; rari in capite pili, quemadmodum & per reliquum corpus, quod glabrum ubique circumspiciebatur; brachia, ad modum crucis, tumore illo extensa, manusque adapertæ, oculi palpebris clausi, os hians, dentes candidi Id ubi viderunt scholæ socii, timere, fugere, admirari, currere, referre quidquid viderent: nolle amplius videre. Postea aliorum hominum commercio audaciores effecti, jam in ora sepulchri consistere, hasta lignea pertentare, dimovere conari, aliaque ludere, quibus sibi pueri sapiunt; demum etiam lapides projicere; quos ubi videbant non adfigi tamquam ad molle, sed tamquam à solido, non sine strepitu, repercuti, sphæras quoque lusorias demittunt: illæ recta projectæ resiliunt, & ad manus demittentium reveniunt; pulsu validiore demittuntur, & ipsæ supra puerorum capita saltant. hisce timore abjecto, ad majores machinas devenitur; & trabes prægrandes, quæ ad sedendum in viridario jacebant, allatæ, per os sepulchri acuminatim in ventrem demortui dejiciuntur: non rumpunt cutem, sed, quasi à tympano repercussæ, foras exiliunt; &, nisi sibi cavissent, qui projecerant, molis illius casu succubuissent. Concurrunt alii undique ex vicinia, ex urbe fere tota, quia rem jam fama vulgaverat; & præstantibus viribus adolescentes ab ore sepulchri se præcipitant, pulsatoque pedibus ventre, extra sepulchrum propellebantur. Erat fere quindecim palmorum altitudo; & res sane miseranda, & horrida, nihil agentibus hominibus, ludus fit; quandoquidem toto corpore, instar pilæ super cadaver projecti, foras impetu sumpto ab eodem cadavere trudebantur. Multi, inconsiderate se projicientes, dum non recto ictu repelluntur, in saxeum sepulchri

pulchri labrum, vel fornicem, adacti, caput alliserunt, & intra sepulchrum alibi displosi, quasi exanimes jacuerunt. Non plura hic referam: post tres dies, illius ecclesiæ curatores, ut Bacchanal de Ecclesia tollerent, sepulchrum clauserunt. Quid de eo cadavere actum sit, ipse non novi, neque ab aliis perquisivi. Mirum sane fuit, cutem illam tot ictibus salvam atque incolumem superfuisse; quod non potuisset, neque corium bubalinum, neque fornix ipse cæmentitius: adeo illa induruerat.

XIV. Græci, cum similia vident corpora, quæ post obitum in cœmeteriis indissoluta comperiuntur, & tympani more extensa cute tumescunt, excommunicatorum esse corpora fatentur, eaque post absolutionem statim dissolvi. Idem Nomocanon, de excommunicatis, quos Antistites excommunicant, & qui post mortem inveniuntur indissoluti, cap. LXXX: Περὶ ἀφορεσμένων, τοὺς ὁποίους ἀφορέζουν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ μετὰ τὸν θάνατον εὑρίσκονται ἄλυτα τὰ σώματα αὐτῶν. Τινὲς ἀνθρώπους ἀφωρέσουν δικαίως καὶ εὐλόγως, καὶ νομίμως οἱ ἀρχιερεῖς αὐτῶν, ὡς παραβάτας τοῦ θείου νόμου, καὶ ἀπέθαναν εἰς τὸν ἀφορεσμόν, καὶ δὲν ἐδιορθώθησαν νὰ λάβουν συγχώρησιν. καὶ ἔθαψαν αὐτοὺς καὶ εἰς ὀλίγον καιρὸν εὑρέθησαν τὰ σώματα αὐτῶν λελυμένα, καὶ κεχωρεσμένα κόκαλον ἀπὸ κόκαλον. Ἀπόκρισις. Ὢ τοῦ θαύματος. Φοβερὸν εἶναι τοῦτο, καὶ κατ' ἀλήθειαν θαυμαστόν. Ἐπειδὴ δὲ τούτους ἀφώρεσεν ὁ ἀρχιερεὺς νομίμως, πῶς γὰρ εὑρίσκονται τὰ σώματα αὐτῶν σῶα, καὶ ἄλυτα, ὡσὰν δὲ τῶν ἄλλων ἀφωρεσμένων. Τὰ ὁποῖα φαίνονται εἰς θαῦμα μέγα, καὶ φρικτόν. Ὁ κύριος γὰρ ἡμῶν εἶπεν, ὅτι ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς δεδεμένα εἶναι. Τοῦτο γὰρ εἶναι ὑπερθαύμαστον αὐτὸς ὅπου ἀφωρέσθη νομίμως, μετὰ θάνατον αὐτοῦ νὰ εὑρεθῇ λελυμένος τὸ σῶμα, καὶ αἱ ἁρμονίαι κεχωρισμέναι εἶναι τούτου. Λύσις τῶν θείων διδασκάλων. ἐκεῖνος ὅπου ἀφωρέσθη δικαίως, καὶ εὐλογήτως, καὶ νομίμως ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως αὐτοῦ, καὶ μετὰ τὸν θάνατον νὰ εὑρεθῇ λελυμένος, αὐτὸς ἐλπίδα σωτηρείας δὲν ἔχει, οὐ διότι παρέβη τοὺς θείους νόμους δὲ διὰ νὰ μὴν ἐπιστραφῇ, νὰ ἔλθῃ εἰς μετάνοιαν, νὰ συγχωρηθῇ ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ὅπου τὸν ἀφώρισε. διὰ τοῦτο εὑρέθη λελυμένος, ὥστε πλέον αὐτὸς δὲν ἔχει ἐλπίδα νὰ λάβῃ συγχώρησιν, ὅτι ἔγινε κληρονόμος τῆς ἀτελευτήτου κολάσεως. τοῦτοι γὰρ ὅπου εὑρίσκονται ἀφωρισμένοι, ἤγουν ἄλυτα καὶ ἀκέραια τὰ σώματα αὐτῶν, αὐτοὶ δέονται συγχωρήσεως, ἵνα ἔλθῃ εἰς ἐλευθερίαν ἀπὸ τὸν δεσμὸν τοῦ ἀφορισμοῦ. ὅτι καθὼς εὑρίσκεται τῷ σώματι δεδεμένον εἰς τὴν γῆν, οὕτως εἶναι ἡ ψυχὴ δεδεμένη, καὶ κολασμένη εἰς χεῖρας τοῦ διαβόλου. καὶ ὅταν λάβῃ συγχώρησιν τὸ σῶμα,

καὶ λυθῇ ἀπὸ τὸν ἀφορισμὸν θεοῦ δυνάμει ἐλευθεροῦται. καὶ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τὰς χεῖρας τοῦ διαβόλου, καὶ λαμβάνει ζωὴν τὴν αἰώνιον, τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον, καὶ χαρὰν τὴν ἀνεκλάλητον. *Quidam Præsules suos homines juste, rationabiliter, & legitime, veluti divinæ legis transgressores, excommunicarunt, qui in excommunicatione diem obierunt, nec vivi resipuerunt ad habendam absolutionem. Eos sepelierunt; & non multo post inventa sunt eorum corpora dissoluta, & os ab osse separatum. Responsio. O rem miram! terribile est hoc, & revera admirabile, cum eos legitime Antistes excommunicarit, quanam ratione non inveniantur eorum corpora integra & indissoluta, quemadmodum & aliorum excommunicatorum, quæ etiamnum videntur. res maxime mira & terribilis. Dominus vero noster dixit; Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata. At hoc omnem admirationem exsuperat, eum, qui legitime excommunicatus est, post obitum inveniri corpore dissoluto, & compagibus omnibus separatis. Solutio divinorum magistrorum. Qui juste, rationabiliter, & legitime à suo Antistite excommunicatus est, & post mortem dissolutus comperitur, ipse spem salutis nullam habet; non quod divinas leges trangressus fuerit, sed ne, conversus, & pœnitentiam agens, veniam delictorum ab eo, à quo excommunicatus est, Antistite consequatur: propterea dissolutus inventus est; ideoque ultra ipse nullam spem habet veniæ consequendæ, quod jam particeps factus sit, numquam desinentis punitionis. Qui vero excommunicati comperiuntur, hoc est, quorum corpora indissoluta, & integra remanent, indigent absolutione, ut ab excommunicationis vinculo liberentur. Quemadmodum enim super terram corpus ligatum invenitur, ita & anima ejus ligata est, & sub potestate Diaboli punitur; & cum corpus habuerit absolutionem & ab excommunicatione exsolutum fuerit, ita annuente Deo, & anima illius è manibus Diaboli liberatur, composque fit vitæ sempiternæ, numquam occidentis lucis, lætitiæque, quæ verbis exprimi non potest.* Minutiora etiam audi ex eodem, ni malis dicere ineptiora, cap. LXXXI: Περὶ ἀποθαμένου, ὅπου νὰ εὑρεθῇ σῶμα ἀκέραιον αὐτοῦ μὴ ἔχων τρίχας τελείως. Γινώσκετε περὶ τούτων, ὅτι εἰ μὲν εὑρεθῇ σῶμα ἀκέραιον εἰς τάφον, καὶ τρίχας τελείως νὰ μηδὲν ἔχῃ. ἔχει ἔννοιαν τοῦτο καὶ ἀμφιβολίαν ἢ εἶναι ἀφωρισμένος, ἢ οὐχί. ὅμως κάμνει χρεία νὰ εὐγάλουν τὸ λείψανον ἐκεῖνο ἔξω ἀπὸ τὸν τάφον ἐκεῖνον, ὅπου εὑρίσκεται, νὰ τὸ βάλλουν ἄλλον παρθένον τάφον, καὶ ἀφ' οὗ περάσει καιρὸς ἱκανὸς, εἰ μὲν ἐ εὑρεθῇ τὸ ἀκέραιον σῶμα λελυμένον, ἤδη καλόν. εἰ δὲ καὶ εὑρεθῇ ἄλυτον γινώσκεται ὅτι εἶναι ἀφωρισμένον,

σμένον, καὶ δέεται συγχωρήσεως, ἵνα λυτρωθῇ ἐκ τοῦ δεσμοῦ τοῦ ἀφορισμοῦ. *De mortuo, ſi inventum fuerit ejus corpus integrum, & prorſus depile. De his ſcito, ſi corpus integrum in ſepulchro repertum fuerit, & prorſus depile; dubitari poteſt atque ambigi, an illud ſit excommunicatum, vel non. Nihilominus cadaver illud extrahendum eſt ſepulchro illo, in quo quieſcit, & in aliud reponendum; & cum aliquantum temporis elapſum fuerit, ſi corpus illud diſſolutum eſt, bene eſt; ſi indiſſolutum remanſerit, ſcito, illud excommunicatum eſſe, indigereque abſolutione, ut à vinculis excommunicationis liberetur.* Plura etiam ſuppetunt, ſi hæc non faſtidis, de excommunicato, quomodo dignoſcatur poſt mortem, à quonam fuerit excommunicatus: & notat id ex Codice ſanctæ Sophiæ idem Auctor cap. LXXVIII: Περὶ ἀφωρισμένου, πῶς γνωρίζεται μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ, πόθεν ἀφωρίσθη. Ταῦτα πάντα τοῦ ἀφορισμοῦ εὑρέθησαν εἰς βιβλίον τῆς ἁγίας σοφίας, ὁποῖος ἔχει ἐντολὴν, ἢ κατάραν κρατοῦσι μόνον τὰ ἔμπροσθεν τοῦ σώματός του. Ἐκεῖνος, ὅπου ἔχει ἀνάθεμα φαίνεται κίτρινος, καὶ λαζαρωμένος τὰ δάκτυλά του. Ἐκεῖνος ὅπου φαίνεται ἄσπρος εἶναι ἀφωρισμένος ἀπὸ τῶν θείων νόμων. Ἄνωθεν λέγει, καὶ δείχνει τὸν ἀφωρισμένον, πόθεν ἀφωρίσθη. Καὶ περὶ ἱερέων ἀφορισμῶν τελείως δὲν ἀναφέρει τί εἶναι τοῦτο *Si quis præcepto, aut maledictioni obſtrictus fuerit, partes anteriores corporis integras habet. Si quis anathemate ictus eſt, citrinus apparet, digitiſque contractis: qui vere albidus eſt, ille à ſacris legibus eſt excommunicatus. Verum de ſacerdotum excommunicationibus, quænam illæ ſint, non explicat.*

XV. Et ſtultiſſima iſta de Excommunicatorum cadaveribus indiſſolutis opinatio apud eam nationem adeo invaluit, ut jam nemo ſit, ſi uſpiam tale quid comperiatur, qui dubitet, cadaver illud eſſe excommunicati; quod extrahunt, & variis deprecationibus ac dicendi formulis abſolvunt. ordinemque, in tali abſolutione ſervandum, idem Nomocanon, cap. LXXXII, exactiſſime proſequitur. quibus exſolutis, aſſeveranter dicunt, cadaver ſubito in cineres converti. Ipſe nihil tale uſpiam in Græcia vidi. Audivi tamen ſæpius ab Athanaſio, Imbri Metropolita, homine frugi, & qui rem factam mendacio non contaminaſſet, cum Ihaſi moraretur in regione Theologi extra urbem in eccleſia ſancti Georgii, exoratum à civibus, ut ſuper cadavera, quæ ibidem pleraque conſpiciebantur indiſſoluta, excommunicationis abſolutionem recitaret, morem geſſiſſe, neque dum fini-

ta abſolutione cadavera ea omnia in pulverem abiiſſe. Referebat idem, Conſtantini cujuſdam cognomento Rezepii, qui ex Turca Chriſto nomina dederat, quod vitam viveret omnibus flagitiis inquinatam, excommunicati, corpus tumulatum fuiſſe in eccleſia ſanctorum Petri & Pauli nationis Græcorum Neapoli, & per plures annos indiſſolutum manſiſſe, ab eodem poſtea, & aliis Metropolitis duobus, Athanaſio Cypri, & Chryſantho Lacedæmonio, benedictione ſubactum, ut alia mortuorum cadavera, pulverem factum. Et quod admirabilius eſt, dum Raphaël in Patriarchatu præſideret, eodem aſſerente, qui alium excommunicaverat, poſtea, compulſu Dæmonis, Chriſtum ejurat, excommunicati licet Chriſtiani demortui cadaver manſit indiſſolutum. De eo certior factus Patriarcha, accerſitum Turcam, qui excommunicaverat, monet, ut abſolutionem impertiatur. Primum ille renuere, factum deteſtari; nihil eſſe Turcis cum Chriſtiana religione commune, dicere; quare Chriſtiani Chriſtianum abſolverent: cum vero pertinacius exoraretur, obedit, & abſolutionem ſuper excommunicatum recitat; oculatum ſe teſtem fatetur, qui perhibet. prope finem abſolutionis, cadaveris tumor ceſſat; & in cineres omnia convertuntur. Rei novitate Turca attonitus, ad magiſtratum ocius advolat, rem uti facta eſt narrat, edicit omnibus veram religionem Chriſtianam, quam ipſe per ſummum nefas deſeruerat; eam ſe denuo amplecti, Mahumetanam deteſtari. Monetur à Turcis, ut ſapiat, ne tormentis ſe objiciat. ille, ſe Chriſtianum velle mori, contendit. Quid plura? pertinacem condemnant. ducitur ad ſupplicium, & Chriſtianam religionem prædicans, morti, ſummo ſupplicio mactatus, deditur.

XVI. Plura de his excommunicatis narrat Chriſtophorus Angelus, de vita & moribus recentiorum Græcorum cap. xxv. Non præteribo vero, quod ille ex Caſſiano Hiſtorico recitat. Ὁ δὲ νοῦς οὕτως ἔχει. Οὗτος ὁ Κασσιανὸς ἐστὶν ἕλλην παλαιὸς ἱστορικὸς, καὶ γράφει ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ ὅτι ἐγένετο ποτὲ μερικὴ σύνοδος ἔν τινι τόπῳ ἑκατὸν ἐπισκόπων, καὶ πάντες ὀρθῶς ἔλεγον. εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐναντιοῦτο πᾶσι. Τότε ἐκεῖνοι ἀναθεμάτισαν ἐκεῖνον, καὶ οὕτω τέθνηκεν ἀφωρισμένος. καὶ ἔμεινε τὸ σῶμα ἐκείνου ἑκατὸν ἔτη δεδεμένον, ὡς σίδηρον. μετὰ δὲ ἑκατὸν ἔτη ἐγένετο πάλιν σύνοδος μερικὴ ἐκεῖσε ἑκατὸν ἐπισκόπων. Τότε ἐκεῖνοι οἱ ἐπίσκοποι εἶπον ἀλλήλοις, ὁ ἀναθεματισμένος ἐπίσκοπος

σκοπ[ος]

σκοπ☉ ἐκεῖν☉ ἥμαρτεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀφώρισεν ἐκεῖνον ἡ ἐκκλησία. Τὸ λοιπὸν ἐ ἡμεῖς ἐκκλησία ἐσμὲν, καὶ συγχωρήσωμεν ἐκεῖνον, ἐπειδὴ ἀνθρώπινόν ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν, καὶ συνεχώρησαν ἐκεῖνον, καὶ αὐτίκα μετὰ τὴν προσευχὴν ἐσράφη εἰς κόνιν ὁ ἑκατὸν ἐτῶν ἄλυτ☉. *Sententia autem est. Cassianus hic est Græcus antiquus Historicus, refertque in suis historiis, aliquando quodam in loco particularem synodum centum Episcoporum coactam fuisse, recteque omnes una consensisse; unum cum reliquis non convenisse; tunc eos Episcopum anathemate feriisse, & sic eum vitam finiisse in excommunicatione, mansisseque cadaver illius centum annos ligatum, veluti ferrum: post centum annos, eodem in loco synodum aliam particularem centum episcoporum celebratam fuisse, dixisseque Episcopos inter se: Anathemate ictus Episcopus in Ecclesiam peccavit, & excommunicavit eum Ecclesia; nos quoque Ecclesia sumus; & condonemus illi, cum humanum sit peccare; & sic eum absolvisse; & peractis supplicationibus, qui per centum annos insolutus permanserat, in pulverem abiisse.* Legitur etiam in historia Patriarcharum Constantinopolitanorum Emmanuelis Malaxi, de Arsenio Monembasiæ Episcopo: Καὶ ἀπὸ τὸ πικρόνλυ ἀπέθανεν ἀμετανόητ☉ εἰς τὸν ἀφορισμὸν, καὶ εὑρέθη μετὰ καιρὸν τὸ ἐλεεινὸν αὐτοῦ κορμὶ μαῦρον τυμπανιαῖον, καὶ ἦτον φόβ☉ καὶ τρόμ☉ νὰ τὸ ἰδῇ ἄνθρωπ☉. *Sed ægritudine animi victus, mortuus est, nulla pœnitentia acta in excommunicatione; ac repertum est, aliquanto post, miserabile corpus ejus, nigrum admodum, tympani instar turgens: ita ut omnes, qui id videbant, terrerentur, & contremiscerent.* De Ioannicio, Patriarcha Constantinopolitano: Καὶ εἰς ὀλίγον καιρὸν ἀπέθανε κακῶς καὶ ὀδυνηρῶς, καὶ εὑρέθη ἀφωρισμέν☉ τυμπανιαῖ☉. Ἔσωντας ὅτι ἀφωρίσθη παρὰ τῶν τεσσάρων πατριαρχῶν, ὡς παράνομ☉, καὶ ἐκολάσθη ὁ ταλαίπωρ☉. *Nec multo tempore post, malus male, & cum dolore, periit, anathemateque constrictus, ceu tympanum inflatus repertus est: quandoquidem à quatuor Patriarchis, propter iniquitatem suam, Ecclesiæ consortio spoliatus fuerat. Ita pœnas merito suo dignas miser dedit.* Idque exemplo mulieris cujusdam confirmat, quæ à Patriarcha Gennadio, propter calumniam, Patriarchæ illatam, excommunicatione subacta fuerat: illa, è sepulchro extracta, turgida & nigra, post varias preces ab excommunicatione absoluta, partibus omnibus dissolutis in cinerem abiit. Rem, uti fuerat, narrat Malaxus longiuscule, tamen in eadē historia. Eam non ingratam futuram existimamus; quare, ut res evenit,

interpretis tamen verbis, exprimemus. *Inter cætera, quæ ei indicarunt, etiam hoc dixerunt, quoſcunque Chriſtiani Pontifices & ſacerdotes legitime, ob peccatum aliquod admiſſum, ſacro cœtu ejiciunt, quique, dum in vivis ſunt, non emendantur, ut expientur ab illo lapſu, propter quem ejecti fuerunt; eorum mortuorum cadavera non diſſolvi à terra, ſed remanere, tympanorum inſtar, inſlata, nec, ſi mille etiam tranſierint anni, omnino à terra conſumi, ſed reſtare integra, ſicuti humata fuerunt. Interrogavit amplius, num iidem poſſint, data abſolutione, rurſus diſſolubilia facere ea corpora. Reſponderunt illi, poſſe. Ipſe, miraculo hoc audito, admiratus, cohorruit, nec aliud præterea quicquam interrogavit, ſed confeſtim Patriarchæ nunciari juſſit, quæreret hominem, communione Eccleſiæ exterminatum, ante longum tempus vita defunctum. Patriarcha, accepto eo nuncio, exterritus eſt, ac ſtatim accitis Clericis, Sultani verba expoſuit. qui mirati ſunt. Incidit Patriarcha cum ipſis in gravem curam, huc illuc cogitationem volventes, ubinam tale jamdudum excommunicationi immortui hominis cadaver reperiri poſſet. Cumque nihil ipſis, quid facerent in præſentia, in mentem veniret, aliquod dierum ſpatium, ad diſpiciendum, à Rege petierunt. Quo accepto, animum per omnia verſantes, de tali cadavere cogitant. Tandem recordantur ſeniores quidam de Clero, fuiſſe, tempore ſuperioris Patriarchæ Gennadii Scholarii, viduam quandam, à Sacerdote relictam, pulchritudine conſpicuam, quæ, domum extra Patriarchèium habens, quæſtum corpore haud obſcure vulgato fecerit: Patriarcham re cognita increpuiſſe ipſam, diligentiſſime monendo, finem faceret peccandi, quo, pœnitentia acta, veniam conſequeretur: ſed id fruſtra fuiſſe, muliere laxioribus habenis ſe ad libidines incitante: Patriarcham interim non ceſſaſſe à redarguendo & objurgando, nec id ſeorſim ſolum, ſed etiam aperte, coram proceribus ſacris, & clericis. At illa miſera, Diaboli inſtinctu, Patriarcham accuſat, eum, quando ipſam ad ſecretam collocutionem accerſierit, conatum eſſe, ad nefarium facinus vi pertrahere. Ipſe, atrocis criminis indigna accuſatione audita, totus obſtupuit. Ea criminatio per totam Conſtantinopolin percrebuit, & in vicinia tota; quibuſdam veram credentibus, aliis fidem derogantibus. Patriarcha quid faceret? Aliud nihil remedii erat, niſi hoc. Quodam Dominico feſto, accerſitis Pontificibus & Clero, Liturgiam facit, eaque finita, clariſſima voce dicit: Si illa verba, quæ ſacerdotis vidua in illum dixerat, vera ſint, ſe, ei ignoſci à Deo, & felicitatem dari, ejuſque mortuæ diſſolvi corpus, precari; ſin autem*

autem conficto crimine indignissime ipsum calumniata sit, se tenere ipsam, è sacro piorum grege eliminatam, veniæ exsortem, & indissolubilem, voluntate & judicio Dei omnipotentis. Hæc ille. Nec diu gladius divinæ ultionis emansit. sed ô rem miram! die inde quadragesimo dysenteria ipsam abscidit; ac ejus pessime mortuæ & humatæ corpus terra non dissolvit; verumtamen inconsumpta integraque remansit, ut erat, quando sepeliebatur. Sed nec crines quidem capitis ejus ullatenus defluxerant; verum perinde ipsa se habebat, ac mulier aliqua viva, nisi quod non loquebatur. Et tamen multi anni à condemnatione excommunicationis ejus abierant. Hujus, inquam, mulieris recordati sunt Clerici, eam adhuc excommunicationis vinculo constrictam teneri, quam bene sciebant improbissimam illi beato Patriarchæ Gennadio calumniam intulisse. Conventu igitur coacto, palam dicunt, se scire, mulierem justa sententia Patriachæ Gennadii à sacris exclusam. Patriarcha Maximus, audito, cadaver excommunicatum inventum esse, jussit locum quæri, in quo sepultum jacebat, ut, sepulchro aperto, inspicerent, & de re certiores fierent. Missi sunt, qui quærerent. sepulchro invento, gaudere Patriarcha. extemplo, cum Clero, comitatus magno Regis Tzausio, eo currere. Tunc aperientes ejus monumentum, cadaver salvum & integrum repererunt. Erat id nigrum, & tympani modo tumefactum. Quod quicunque viderunt, valde miseriam illius defleverunt, horrendo Dei in ipsam judicio, & condemnatione, perterriti. Tum statim Patriarcha cum Tzausio ministris indicavit, qui, Sultani nomine, cadaver excommunicatum inquiri imperarant. Invenimus, inquit, tale; renunciate Regi, quidnam velit amplius fieri. Illi, miraculo hoc audito, currentes venerunt, Regique annunciarunt. Rex ut rescivit, misit aliquot fideles ministros; qui inspexerunt; & vehementer mirati sunt. Reversi dein ad Sultanum, ei formidandam rem, quam viderant, exposuerunt. Tum Sultanus accersivit quosdam suorum purpuratorum; quibus dedit sigillum suum, imperans, in loco certo cadaver reponi, ibi tuto includi, & obsignari. Abeuntes illi, viso miserando corpore obstupuerunt, illud in quoddam Pammacaristæ sacellum transtulerunt, arcamque, in qua inclusum jacebat, Regio sigillo obsignarunt. Postea quæsiverunt ex Patriarcha, quidnam de cadavere futurum esset, & quid responsi Sultano referre deberent; videlicet ad quod tempus futurum esset, ut dissolutio illius & dissipatio, veniam à Deo consecuti, fieret. Respondit Patriarcha: Canam ego super illo officia, quæ nobis præscripta de excommunicatis sunt; &, quas quotidie

die preces habemus, recitabo : quibus utrisque peractis, scriptum, quo mulieri sua peccata remittantur, ad Liturgiam recitamus ; tunc vos accersemus, ut efferatis corpus. Paucis diebus post Patriarcha absolutionem ipsius composuit, proceribusque illis nuntium misit, ut venientes exportarent è Sacello arcam cadaveris, quo super eo Liturgia fieret. Confestim de voluntate Sultani adfuerunt, & arcã cum cadavere intus jacente, sicut obsignata erat, extulerunt. Tum Liturgia frequentissimo conventu Pontificum, Diaconorum, omnisqne Christiani populi facta. Stat Patriarcha post ejus finem, intima affectione animi multis cum lacrymis; litterasque absolutionis illius, quas ipse sua manu perscripserat, recitat. Ecce tunc ingens miraculum à Deo : ecce misericordiam divinam, & propensum erga humanum genus amorem; miraculum, inquam, ingens & stupendũ, ea hora divinitus factum. Recitante Patriarcha absolutionem, compages corporis ab invicem separari ac dissolvi in medio arcæ; ita ut, quotquot prope eam stabant, audirent crepitum ossium, à se invicem recedentium, dissolvere se toto corpore, singulis se compagibus divellentibus; corpore illius miseræ, quæ sanctissimum Patriarcham falso criminata fuerat, veniam consecuto. Illi, qui tunc arcæ, illam excommunicatam continenti, astabant, audito illo tremendo miraculo ossium crepantium, & à se singulatim recedentium, magna admiratione affecti sunt, ac Deo cum lacrymis gratias egerunt, facienti ingentia & stupenda miracula. Deinde, peracta Liturgia, arcam cum cadavere tollentes reposuerunt in eodem, ubi antea fuerat sacello; idque de sententia & mandato Principum, à Sultano missorum. Quod cum intus deposuissent, clauserunt fores & obserarunt, sigillumque Regis impresserunt ; ei rei causam dante innumera populi multitudine. Inde post dies aliquot removerunt signum, quo sacellum, deinde alterum, quo arca obsignata erat, & seram clave aperuerunt, quando corpus in arca reperere dissolutum, dissipatum, denique misericordiam consecutum. Hujus ipsi miraculi conspectu, admiratione obstupefacti sunt, ac continuo Primores, ad Regem currentes, totum illi cadaveris negotium ordine recensuerunt : quam scilicet ob causam excommunicatum fuisset, qua ratione condemnationem culpæ accepisset ; quo denique modo os ab osse abscessisset. Quibus cunctis Sultanus auditis, supra modum admiratus est, & tanto miraculo stupuit. Profecto religio Christiana, inquit, extra controversiam vera est. Eadem sed succinctius narrat Auctor Historiæ Politicæ Constantinopolitanæ. Verba tamen illa Malaxi attentius consideranda sunt: Καὶ ὀ μόνον τὸ κορμὶ αὐ-

τῆς

τῆς ἐσυγχωρήθη, καὶ ἐδιαλύθη, ἀμὴ καὶ ἡ ψυχὴ αὐτῆς ἐλευθερώθη ἀπὸ τὴν κόλασιν, καὶ ἀπέλαβε τὸν παράδεισον. διότι τοῦτοι ὁποῦ εὑρίσκονται ἀφωρισμένοι, ἤγουν ἄλυτα, καὶ ἀκέρεια τὰ κορμιὰ αὐτῶν, αὐτοὶ δέονται συγχώρησιν διὰ νὰ ἐλευθερωθοῦν ἀπὸ τὸν δεσμὸν τοῦ ἀφορισμοῦ. διότι καθὼς εὑρίσκεται τὸ κορμὶ δεδεμένον καὶ ἄλυτον εἰς τὴν γῆν, οὕτως εἶναι καὶ ἡ ψυχὴ δεδεμένη καὶ κολασμένη εἰς χεῖρας τοῦ Διαβόλου. Καὶ ὅταν λάβη τὸ κορμὶ συγχώρησιν, καὶ λυθῇ ἀπὸ τὸν ἀφορισμὸν, Θεοῦ δυνάμει ἐλευθεροῦται καὶ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τὰς χεῖρας τοῦ Διαβόλου, καὶ λαμβάνει ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον. *Nec corpori modo ejus venia dissolutioque contigit, sed anima etiam, inferorum cruciatibus liberata, in Paradisum venit: illi namque, qui anathemate percussi ab Ecclesia exulant, cum eorum corpora maneant indissoluta & integra, indigent animæ absolutione, eamque expetunt, ut liberentur vinculo excommunicationis. Nam, quemadmodum corpora eorum juncta sunt, nec à terra consumuntur; sic animæ quoque ipsorum, junctæ manibus Diaboli, ac pœnis obnoxiæ tenentur. Quando autem corpus veniam accipit, execrationis vinculo solutum, Deo bene juvante, etiam anima de manibus Diaboli libera exit, & vitam æternam, lucemque illam, vesperæ expertem, adipiscitur.*

XVII. In similibus absurdis recensendis luserat nos, ut supra vidimus, Nomocanonis Auctor, & nunc Malaxus consimilem ludit ludum: quæ argumentis refellere, non videtur operæ pretium; satis enim alibi multa diximus, & Græcorum nonnullorum errorem retudimus, qui à pœnis inferni animas, ignibus sempiternis condemnatas, fidelium precibus liberant. At nunc, quod jam antea professus sum, non pravas opiniones rationibus, sanæque religionis fundamentis redarguere in animo est: cum eas ad Zacchiam referam, qui verum à falso, solerti ingenio, & magno longoque rerum usu, discernit; sed eas, quæcunque illæ sint, aliis examinandas proponere.

XVIII. Si dicas, Græcos non bene ex indissolutis hisce cadaveribus excommunicatum arguere; quia pleraq; etiam piorum virorum, Deique cultorum, cadavera reperiantur integra, omnibus suis partibus, æque ac cum viverent, constantia, quæ ipsi non, tamquam excommunicatione subacta, negligunt, sed, ut sancta, maxima in veneratione habent, aliisque Christi fidelibus veneranda proponunt, & præter modum gaudent, si ea quam longissime sana permanserint: quod illis Manuël Caleca,

lib. IV

lib. IV contra Græcos, objecerat: nam, cum illi dicerent, Lugdunense Concilium tyrannicum fuisse, ipsius quoque, qui illud conflavit, Michaëlis scilicet Palæologi Regis, cadaver, integrum perdurans, illius animæ iniquitatem annunciare, qui hujusmodi Concilium coëgit, autumarent; respondet Calecas: *Sensibus quippe de fide judicant. quod in cæteris sanctitatis signum arbitrantur, hoc, in quibus ipsi volunt, judicium damnationis accipiunt, quasi Deo, pro illorum voluntate, decernente. quanquam si, defunctorum cadavera minime dissolvi, indicium sanctitatis arbitrantur, quid de Petri Paulique corporibus dicturi sunt, Sanctorumque plurimorum, quæ dissoluta in frusta & in pulverem sunt? si autem dissoluta plurima corpora Sanctorum vident, unde ea, quæ id passa non sunt, sancta probare poterunt. Quid autem de infidelibus dicturi sunt, & quos ipsi publicis maledictis subdunt, quorum incorrupta cadavera perdurant? porro, si hæc damnationis arbitrantur signa, quomodo sanctorum corpora honorant?* Respondent, excommunicatorum cadavera facile ab aliis piorum hominum discerni. Nam excommunicatorum tument turgentque, &, tympani instar extensa, innata quadam fœditate tenduntur, & verberata reboant; quæ sine horrore nunquam aspexeris: piorum eadem, qua & dum viverent, conditione quiescunt, aspectu, decoreque suo maxime veneranda; quæ cum exosculatus fueris, eorum cultu pellectus, rursus ad eadem exosculanda, nec invitus conduceris; habitu ipso pietatem, quam coluerunt, præ se ferunt: sæpe etiam odore quodam non insuavi spectatorem ad se pellicientia: ideo maximum esse inter excommunicatorum & sanctorum hominum cadavera discrimen.

XIX. Sed à mortuis jam pedem referamus, & ad mulieres pulcherrimas, quas illi *ναραγίδας* corrupto vocabulo, cum *νηρηΐδας*, *Nereidas*, deberent dicere, nuncupant, convertamus orationem. Eas vulgus *καλαὶς ἀρχόντισσαις*, *pulchras dominas*, appellat. Sunt ex eo Nympharum genere, quæ campestria accolunt, & non raro etiam in urbem conveniunt; inter densissimas sylvas, & valles amœnas, & potissimum si, fluentis aquarum, solum irrigetur, tripudiis se atque choreis oblectant; umbras arborum, & præcipue in meridie, frequentant; amore juvenum, sed maxime formosorum, insaniunt; & utriusque sexus infantibus gaudent; quos, ubi possunt, rapiunt, multos pulchriores & rebus

pretio-

pretioſis ditatos reddunt, alios ſecum habent foventque. Multi aſſerunt, eas ſe vidiſſe, vel cum plures ſimul ſaltationi operam dabant, vel cum binæ ſub arbore colloquerentur, vel etiam dum hac atque illac divagarentur. Narrant quoque homines non ſubleſtæ fidei, cum aliquando æſtivo tempore in agro, ut cives inſulæ, quibus ea facultas eſt, aſſolent, demorarentur cum reliqua familia, puellam quandam facie venuſta, ab alia domeſtica turba ſeductam, ad putei os, qui ibi non longe aberat, decurriſſe, & pro more illius ætatulæ, quaſi aliud agentem, in puteum procubuiſſe, & aquam, quæ intus erat, circumſpicientem, à vi quadam ſenſim latenterque elevatam, abſque eo quod illa perſentiſceret, in puteum protruſam. Viderunt parentes raptum; accurrunt, circumeunt; vident puellam, ſuper aquam, æque ac ſideret in lectulo, ludentem. Pater, audacior factus, dum in puteum deſcendere conatur, vi quadam infra pellitur, & prope filiam ſiſtitur. Alii interim ſcalas advehunt, in puteum deponunt, hortantur patrem, ut aſcendat: ille intra ulnas arrepta filia, per ſcalas ſanus aſcendit. Et quod omnium admirationem movit, cum in aqua ipſe & filia tantundem immorati fuiſſent, aſcendunt ſiccis & aridis veſtibus, nullo vel humiditatis ſigno contracto. Raptum puellæ patriſque, Nereidibus tribuunt, quibus in eo puteo habitationem fuiſſe comminiſcuntur. Puella etiam ipſa aſſeruit, dum puteo inſtaret, vidiſſe ſe ſuper aquam mulieres ludentes ſumma animi oblectatione, ab eiſque accerſitam, ultro ſe in puteum dejeciſſe. Sæpe etiam in meridie, animi relaxandi cauſa, juvenis, vel puerulus, qui indecora facie non eſt, ſua meditans exſpatiatur, ſtatimque in terram procidens, vel nervis contractis incurvatur, vel ore deformatur, vel altero pede claudicat, ſi non utroque; vel in gibbum rotundatur; vel alia corporis noxa afficitur: tunc unà omnes convenire, eum ſimilia paſſum à dictis mulieribus: &, ne in eorum offenſionem incurrant, nomen ſilent, & proverbiis rem indicant: Ὥρα τὸν ηὗρεν. *Hora eum invenit*; &: Ἀπὸ ἔξω ἔχει. *Ab extra habet*. Pulchræ nempe viragines eum immutarunt, & in deformem, qua nunc conſpicitur, conſtitutionem redegerunt. Quod adeo apud eos certum eſt, ut, cum alias viderint homines, dum excrementa deponunt, in fœdiſſimas corporis ægritudines prolapſos; ſi ſimile quid conentur per campos, non antea

tea id agant, quam ter prius in terram ſpuerint; fieri enim poſſe, ut, dum illi corpori provident, illæ ibi in loco ſedeant, &, opus execratæ, infauſta homini afferant, vel mala deprecatæ fuerint, quæ non abibunt in caſſum: quare ſputi amuleto putant ſe tam noxium malum depellere. Dicunt præterea, dum ventorum turbines ſæviunt, omniaque quaſi in vortices agunt, eas tum temporis per ea loca ſpaciari. quæ, ut jam vidimus, fere ſemper noxioſiſſimæ ſunt, præterquam ubi amore concitæ amatores ſuos maxime potentes, dites, & fortunatos faciunt. Et hæc quidem ſtulta vulgi credulitas. Quid porro Pſellus? Quemadmodum alia, ita hæc quoque, ad naturales cauſas refert. Ἡ καλὴ τὸ ὡραῖον κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἀπέτεκεν. ἥτε γὰρ τεκοῦσα παρθένος ἐξαιρέτως καλὴ τῇ ἀγλαΐᾳ τῶν ἀρετῶν διαπρέπουσα, καὶ ὁ τεχθεὶς διαφερόντως ὡραῖος, καλὸς παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. εἰ δὲ βούλει ὑπόψελλόν ἐστι τὸ ὄνομα. ἡ γὰρ δημώδης γλῶσσα τὴν τῆς λέξεως ὀρθότητα μετεποίησε. δέον γὰρ καλλίω τῶν ὀρέων εἰπεῖν. οἱ δὲ, καλὴ τὸ ὡραῖον εἰρήκασι. ἐντεῦθεν ἡ τῶν πολλῶν ὑπόληψις δαίμονά τινα θήλειαν ἐφεστηκυῖαν τοῖς ὄρεσι, καὶ οἷον ἐν αὐτοῖς ἀλλομένην ἀλόγως πάνυ ἀνέπλασε. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπείπερ ὁ σεξτίλιος μὴν, ὃν ὁ δεύτερος Αὔγουστος καῖσαρ ἀφ' ἑαυτοῦ κατωνόμασεν Αὔγουστον, ὅτι τε ἐν τούτῳ γεγένηται, ὡς δὲ καὶ πολλὰς νίκας ἀνήρηται διὰ τὴν ἐπιπολὴν τοῦ κυνὸς, ὥσπερ τι ῥεῦμα πυρῶδες οὐράνιον ἐπισπᾶται τοῖς σώμασι. καὶ δεῖ πολλῆς ἡμῖν διὰ τοῦτο τῆς ἀναψύξεως τοῦθ' ἕνεκα καὶ τὴν τὸ ὡραῖον ἀποτεκοῦσαν καλλίω θεομήτορα, καὶ τὸν σταυρὸν ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ πρὸς βοήθειαν ἐπαγόμεθα. κάλλη δὲ τῶν ὀρέων ὁ σταυρὸς πέφυκεν. εἰ γὰρ ὡς ὁ τῆς ἱστορίας λόγος ἔχει ἐκ πεύκης καὶ κέδρου, καὶ κυπαρίττου συμπέπηκται. κάλλη δὲ ταῦτα εἰσὶ τῶν φυομένων ἐν ὄρεσι, τοῦτο μὲν φύλλοις κομῶντα πυκνοῖς, τοῦτο δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνατεινόμενα. διὰ ταῦτα κάλλη τῶν ὀρέων τὸ νικοποιὸν ὅπλον ὠνόμασται. ἀλλ' οὐδὲ τὸ τῶν πολλῶν ἀσύμβολον λεγόντων. ὅτι περ ἡ Σολομωνὶς ἐκείνη γυνὴ ἡ τοὺς Μακκαβαίους ἀποτεκοῦσα, ὧν πολὺς λόγος ἐν τοῖς ἀθλήμασιν ἀδελφὴ τῆς τὸ ὡραῖον ἀποτεκούσης ἐστὶν, ἡ τοῦ τῶν ὀρέων κάλλους, φημὶ δὴ τοῦ σταυροῦ. εἰ γὰρ ἡ Σολομωνὶς αὕτη ἐξ ἀρρενικοῦ τοῦ ὀνόματος προσωνόμασται. τῷ δὲ Σολομῶντι ἐκείνῳ τῷ πάνυ ἡ σοφία προσμεμαρτύρηται, ὡς ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν προσηγορίαν ἀντὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, ἡ ἐπιστημονικὴ αὕτη λέξις Σολομωνὶς μὲν ὠνόμασται. σοφία δὲ ἐστὶν ἀληθὴς, καὶ διὰ ταῦτα τῆς τε τοῦ κυρίου μητρὸς ἀδελφὴ καὶ συγγενὴς τῷ σταυρῷ. εἰ γὰρ πᾶσα κατάληψις διὰ συγγενοῦς ὁμοιότητος, καὶ νοῒ μὲν θηρᾶται τὸ νοητὸν, αἰσθήσει δὲ τὸ αἰσθητὸν, καὶ σοφίᾳ ἄρα τὸ σοφὸν θηραθή-

ἐσθήσεται. διὰ γοῦν τῆς Σολομωνίδος ὡς σοφίας τὸ ὑπέρσοφον τῆς ὡραίας θεομήτορος, ὅσον εἰκὸς θηρώμενοι μυστήριον ὡς δὲ καὶ τὴν ἄρρητον τοῦ σταυροῦ δύναμιν, καὶ τὴν καταλαμβάνουσαν ταῦτα γνῶσιν ἀδελφὴν τῶν καταλαμβανομένων προσονομάζομεν. Οὔτε οὖν δαίμων τίς ἐστι καλὴ τῶν ὀρέων ὀνομαζομένη, οὔθ' ὁ λεγόμενος Βαρυχνᾶς δαίμων ἐστί τις, ἀλλὰ πάθος τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ἐξ ἀναθυμιάσεως ἀποπνέον, ἢ δυσκατεργάστων τροφῶν. τὸ δὲ πάθος ἐφιάλτην παῖδες ὀνομάζουσιν ἰατρῶν, ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι κάτωθεν συνθέντες τὸ ὄνομα. Τὸ γὰρ ἐκεῖθεν ἀτελῶς ἐξατμίζον παχύτερον ἔτι καὶ γεωδέστερον ὄν, τῶν τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίαις ἐμπίπτον ἀποφράγνυσι ταύτας, καὶ δυσαίσθητόν πως, ἢ ἀκίνητον παντάπασιν ἀποφαίνει τὸν παθαινόμενον, καὶ τὸ γινόμενον διὰ τὸ βάρους ἐμποιεῖν συναίσθησιν Βαρυχνᾶν ὁ πολὺς κατωνόμασε λόγος. *Pulchra formosum; videtur deesse, genuit : quæ enim genuit Virgo ante alias pulchra, cupidinum decore collucens, & qui genitus est, eximie decorus, pulcher super filios hominum. Et si placet, nomen hoc male concinnatum videtur : vulgi namque locutio dictionem rectam immutavit : cum enim oporteret dicere Pulchra montium, illa in Pulchra formosum, orationem detorsit. Hinc multorum suspicio est, eam Dæmonem esse fœminam, in montibus immorantem, & quasi in illis vagam & peregrinam stulte admodum effinxit. Id autem non ita se habet. Sed cum mensis Sextilis, quem secundus Cæsar Augustus à se ipso Augustum denominavit, quod in eo natus sit, & multas victorias reportarit, propter Canis exortum, veluti fluxus quidam igneus & cælestis à corporibus attrahitur; & opus est propterea nobis multa refrigeratione. ideo & eam, quæ formosum peperit, pulchram Dei matrem, & Crucem hoc mense ad auxilium asciscimus. Pulchritudines vero montium, Crux est. Namque, sicut historicis monumentis traditur, ex pinu, cedro, atque cupresso compacta est. Et hæc eadem pulchritudines sunt eorum, quæ nascuntur in montibus; tum quod foliis frequentibus vernant; tum quod in aëris non parvam profunditatem se ingerunt. Propterea pulchritudines montium armatura hæc victoriam afferens dicta est. Sed neque, quod à multis circumfertur, absonum omnino videtur, Salomonidem illam mulierem, quæ Macchabæos genuit, cujus laus est non exigua in certaminibus, sororem esse illius, quæ formosum peperit, vel montium pulchritudinis; Crucis, inquam. Nam, si Salomonis hæc ex masculo nomine nomen habuit; & Salomoni illi grandi sapientia, testimonio Dei, adjudicatur, ut jam illi appellativum pro proprio nomine satis sit. Hæc quæ spectat ad scientiam dictio, Salomonis quidem nuncupatur;*

cupatur; Sapientia autem eſt vera, & propterea matris Domini ſoror, & Cruci conſanguinea eſt. Etenim, ſi univerſa comprehenſio per affinem ſimilitudinem fit, & intellectu quidem intelligibile capitur, ſenſuque ſenſile; ſapientia etiam, quod ſapiens eſt, capietur. Per Solomonidem itaque, quaſi ſapientiam ſuper omnem ſapientiam, pulchræ Dei matris, uti fieri poteſt, myſterium apprehendimus; nec alia ratione, ineffabilem Crucis facultatem, & ſimilia comprehendentem cognitionem, ſororem eorum, quæ comprehenduntur, nuncupamus. Non itaque Dæmon quiſpiam eſt, quæ pulchra montium appellatur: neque, qui dicitur Barychnas, Dæmon quiſpiam eſt, ſed affectio in capite nata ex crudis vaporibus, aut cibis, qui difficulter digeruntur. Affectionem medici Ephialtem vocant; nomen imponentes ab eo, quod infra ſubſiliat: nam quod inde imperfecte exhalat, cum ſit craſſius quidpiam, magiſque terreſtre, in cerebri ventriculos incidens, eos obſerat; & is, qui ita affectus eſt, ſenſus motuſque omnino expers evadit: & qui gravitatis ſenſum incutit, Barychnas voce multitudinis dicitur.

XX. Hic vides, Pſellum modo opiniones haſce vulgi, & ægritudines quæ inde innaſcuntur corporibus, confundere. Quid enim ad pulchram nemorum ſive montium, Barychnas, ſeu Babutzicarius, ſive etiam Ephialtes? Iſta in lectulo hominibus eveniunt; quæ porro ſupra à Callicantzaro, Burcolaca, ſive Nereidibus, in agris, compitis, & viis. Hæc dormientibus accidunt; illa vigilantibus, & alia agentibus. Hæc videntur ubique, & experimento omnium comprobantur, quæ ſtatim ac è ſomno eſt excitatus patiens, à ſe amovet; illorum, poſtquam evenerint, ſi modo ita ſunt ut vulgus tradit, ſigna in humano corpore impreſſa deferuntur, & à volentibus conſpiciuntur. Non dubito, ea quoque naturalem aliquando cauſam agnoſcere: multi enim ictu oculi, vel phaſmate, quod dicunt ſe vidiſſe, pereunt, vel noxam corporis contrahunt. Sed, quid hæc ad ea, quæ nos ex vulgi opinatione hucuſque retulimus? Nec Pſellus ipſe agnovit, Pulchram montium nihil aliud eſſe quam eas, quas vulgus vocat *Pulchras Dominas*; quæ à Barychna, & Ephialte, quam longiſſime abſunt. Et tamen, Dialogo de operatione Dæmonum, dixerat de his iiſdem: Ὅσοι μὲν γὰρ ἐν ὑγροῖς βιοῦσι, καὶ τὴν μαλθακωτέραν στέργουσιν δίαιταν, ὄρνισί τε καὶ γυναιξὶν ἐμφερεῖς ἑαυτοὺς ποιοῦσι. διὸ καὶ Ναΐδας τούτους, καὶ Νηρηΐδας, καὶ Δρυάδας θηλυκῶς καλοῦσιν ἑλλήνων παῖδες. *Quotquot enim humidis in locis vivunt, melioreque*

victu

victu utuntur, in aves illi & fœminas sese transformant. Inde fit, ut eos Græci Najadas, Nereidas, & Dryadas, genere fœminino appellent.

XXI. Est præterea Spirituum genus aliud, quod in laribus domesticis, caveis, agris, puteisque, non sub una forma, noctu sæpissime, raro interdiu, visitur; modo serpens, modo lacerta, vel aliud reptile; modo homuncio, & ut plurimum nigerrimo colore, apparet. damnum nullum habitantibus inferunt, fausta quin immo multa dicuntur prænunciare. Hinc cum similia objiciuntur, nec, sub quanam forma spiritus illius domus lateat, compertum est, facinus est ac piaculum, si male tractentur; ideo illis viam liberam dant, ut, quocumque velint, permeent: non persequuntur, non interrumpunt iter; tantum abest, ut interimant, aut incommodum afferant. Narrantque, se observasse, si molestiam attulerint, vel occiderint, maximum in ea domo, patris vel matris familias vel aliorum morte, aliarum etiam rerũ familiarium jactura, detrimentum consequi. Ideoque religione quadam observant, & tantum non adorant; qui nimium ineptiis similibus credunt. Rem ipsam στοιχεῖον dicunt; *elementum* dixeris; inde à Magis nomine ducto. Testamentum Salomonis: Καὶ ἐκέλευσα παρεῖναι μοι ἕτερον δαίμονα, καὶ εἰσήλθεσαν πνεύματα συνδεδεμένα εὔμορφα τῷ εἴδει. Κἀγὼ Σαλομὼν ταῦτα ἐθαύμασα, καὶ ἐπηρώτησα λέγων, καὶ ὑμεῖς τίνες ἐστέ; οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν ἔφησαν μιᾷ φωνῇ, καὶ εἶπον· ἡμεῖς ἐσμὲν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα οἱ κοσμοκράτορες τοῦ κόσμου τούτου, ἀπάτη, ἔρις. καὶ τὰ ἑξῆς. *Et imperavi, ut adesset mihi & alius Dæmon; & ingressi sunt spiritus colligati, decora facie. & ipse Salomon admiratus interrogavi: Vos qui estis? & illi uno simul omnes ore responderunt: Nos sumus, quæ elementa dicuntur, tenebrarum mundi domini, fraus, dissidium,* &c. sic dicti, quod in singulis elementis innascuntur, & commorantur, &, quasi vitæ spiraculum, singula quæque in illis vivificant. Alcinous, de doctrina Platonis, cap. v: Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καὶ καλοίη ἄν τις Γεννητοὺς θεοὺς καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων. οἱ μὲν ὁρατοί, οἱ δὲ ἀόρατοι, ἔν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι, ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζώου κρείττονος γεννητῆς φύσεως. *Sunt vero & alii Dæmones, quos aliquis non male nuncuparit Deos genitos in singulis elementis; alii visibiles, alii invisibiles, in æthere, igne, aëre, & aqua: adeo ut nihil in hac rerum universitate sit, quod anima careat, & vita mortali natura meliore.* Nec Dæmones ipsi elementa tantum di-

cuntur, ſed res etiam, à Magis, magicarum artium vi, confe-
ctæ, qua fortuna, vel vita alicujus hominis, res etiam inanimatæ gubernantur: unde & στοιχεῖν, & στοιχειοῦσθαι, & Magi ipſi, qui certis notis, & incantationibus ſimilia conficiunt, στοιχειωματικοὶ dicuntur. Habes quoque στοιχειωτικοὺς λόγους. Ea fuit in Xerolopho, Simeonis Bulgari ſtatua, qua obtruncata diſperiit. Cedrenus, in Romano Lecapeno: Ἰωάννης δέ τις ἀστρονόμος προσελθὼν τῷ βασιλεῖ ἔφησεν, ὡς εἰ πέμψας ἀποκόψῃς τὴν κεφαλὴν τῆς ἱσταμένης ἄνωθεν τῆς ἐν τῷ ξηρολόφῳ ἀψῖδος, καὶ πρὸς δύσιν βλεπούσης στήλης, ἀποθανεῖται ὁ Συμεὼν παραυτίκα. αὐτῷ γὰρ ἐστοιχειῶσθαι τὴν τοιαύτην στήλην. ὁ δὲ τοῖς ἐκείνου πεισθεὶς λόγοις ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν τῆς στήλης, καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ καθὼς ἀκριβωσάμενος ἔγνω ὁ βασιλεὺς, ὁ Συμεὼν ἐν Βουλγαρίᾳ τέθνηκε νόσῳ καρδιακῇ ἁλούς. *Ioannes autem quidam, Aſtronomus, Romanum acceſſit, eumque monuit, uti mittat aliquem, qui amputet caput ſtatuæ, quæ ſupra Xerolophi fornicem poſita, occidentem reſpiciebat: ita enim Simeonem, cui illa fatalis erat, ſtatim periturum. Exſecutus hoc eſt Imperator; & , qua hora ſtatuæ fuit abſciſſum caput, ea ipſa, quod diligenti inquiſitione Romanus poſteà deprehendit, Simeon in Bulgaria, cordis morbo, interiit.* Nec diſſimilia ſunt, quæ idem narrat, de Michaële Theophili Filio, de Ioannis Patriarchę præſtigiis, & capitibus è ſtatuis uno ictu ſublatis, quorum obtruncatione cædem hoſtibus maturavit. Nec aliud fuerit fatalis Meleagri ſtipes. Ac demum Apollonius Tyaneus, notis & imagunculis magicis, multa ſimilia confecit. unde etiam ipſe στοιχειωματικὸς dictus eſt à Cedreno, in Claudio. Ἐπὶ τούτου καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τυανεὺς ἦν φιλόσοφος πυθαγόρειος στοιχειωματικός. οὗτος ἐν Βυζαντίῳ ἐλθὼν παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων ἐστοιχείωσεν ὄφεις μὲν καὶ σκορπίους μὴ πλήσσειν, κώνωπας δὲ μὴ παρεῖναι, ἵππους μὴ καταφρυάσσεσθαι, μήτε μὴν ἀγριαίνεσθαι κατ' ἀλλήλων, ἢ καὶ κατά τινος, καὶ λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐστοιχείωσεν, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμαίνεσθαι. *Claudio imperante, Apollonius fuit, patria Tyanæus, Philoſophus Pythagoricus, qui magicis notis mira præſtabat. Cum enim, Byzantium profectus, ab incolis rogaretur, ſuis magicis artibus effecit, ne ſerpentes aut ſcorpii percuterent, neve culices adeſſent, ne equi ferocirent, neve illi vel mutuo, vel in alia animantia ſævirent: Lycum quoque amnem compeſcuit, ne ſuis exundationibus Byzantio noceret.* Στοιχεῖα porro τελέσματα quoque nuncupantur in Chronico Alexandrino. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἤκμα-

ἤκμαζεν περιπολεύων πανταχοῦ, καὶ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ χώρας. ὅστις ἀπὸ ῥώμης ἐξελθὼν κατέλαβε τὸ Βυζάντιον, καὶ ἐλθὼν εἰς Βυζοῦ πόλιν τὴν ἀπὸ τῆς τύχης λεγομένην Κωνσταντινούπολιν ἐποίησε τελέσματα πολλά, τὸ τῶν χελώνων, καὶ τὸ τοῦ λύκου ποταμοῦ κατὰ μέσον τῆς πόλεως, καὶ τὸ τῶν ἵππων καὶ ἄλλων τινῶν. *His Consulibus Apollonius Tyaneus florebat, omnia peragrans, & in urbibus ac regionibus Telesmata, res nempe supra naturam, magica vi atque incantationibus, conficiens. qui, Roma egressus, Byzantium proficiscitur; quæ nunc, ita ferente necessitudine, Constantinopolis est; & in ea pleraque Telesmata absolvit, testudinum, Lyci fluminis, qui mediam secat civitatem, & equorum, & aliorum.* Hæc cum non intellexisset Matthæus Rhiderus, vectigalium nobis, & portoriorum ex ostreorum piscatione, Lyco flumine, & equorum, aliarumque rerum proventu accipiendorum somnia commentus est. Aliis hæc dicuntur ἀποτελεσματικὰ τῆς γλύψεως, aliis στοιχειώματα. Similia sunt, quæ apud antiquos commemorantur. Palladium apud Troiam. Ioannes Antiochenus in Archæologia: Τὸ ἐν Τροίᾳ παλλάδιον ζώδιον ἦν μικρὸν ὑπὸ Ασίου τινὸς φιλοσόφου κατασκευασθὲν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως. *Palladium, quod Troiæ erat, animalculum erat pusillum, ab Asio Philosopho confectum, ad custodiam civitatis.* Statuæ armatæ. apud Photium in Bibliotheca Olympiodorus: Ἀνδριάντες ὡπλισμένοι εἴργουσι τοὺς βαρβάρους ἀπὸ τῶν ὁρίων τῶν ῥωμαϊκῶν. *Statuæ armatæ arcent barbaros à confiniis Romanorum.* Marsyæ pellis. Ælianus lib. XIII, cap. II: Ὅτι ἐν κελαιναῖς τῇ δορᾷ τοῦ φρυγὸς ἐὰν προσαυλῇ τις τὴν ἁρμονίαν, τὴν φρύγιον ἡ δορὰ κινεῖται. ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ, καὶ ἔοικε κωφή. *Si quis Celænis pelli Phrygis tibia accinat Phrygiam harmoniam, pellis movetur: sin Apollini, quieta mutaque videtur esse.* Canes, in regia Alcinoi. Homerus: Χρύσειοι δ' ἑκάτερθε καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν, οὓς Ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο, ἀθανάτους ὄντας, καὶ ἀγήρους ἤματα πάντα. *Aurei vero & argentei canes utraque ex parte erant, quos Vulcanus confecerat multiscia mente, ut domum custodirent magnanimi Alcinoi; immortales existentes, & numquam in omne ævum senescentes.* Anno CIƆCXLV, ut narrat Ioannes Picardus, inventus est bufo vivus, inclusus in concavo lapide, in muro civitatis Cenomani; quo occiso, bufones infra mœnia exinde fuerunt, cum antea numquam fuissent. Iulius Scaliger, Exercit. CXCVI adversus Cardanum, ex Ægyptiorum Arabum libris perhibet, Hu-

methaben Thaulon, præfectum Ægypto ab Arabibus, signum plumbeum crocodili, quod in cujusdam templi fundamentis inventum esset, igni dissolvi jussisse. Quo ex tempore, conqueruntur indigne, crocodilis infestiores factas regiones; adversus quorum maleficia signum illud à priscis sapientibus & conformatum & infossum fuisse. Plura etiam huc afferri possent ex Antiquitatibus Constantinopolitanis, nondum editis, & aliis scriptoribus; quæ quilibet ex se colligere potest. Hæc pro nostro instituto sufficiant.

XXII. In puteis itaq; στοιχεῖον, de quo loquimur, sed grandioribus, & qui cavernis internis, veluti thalamis, distinguuntur, sæpissime dicitur ludere: apparet enim supra puteum Æthiops homuncio sedens, nemini molestus, nihil dicens, fœmellas ad se nutu gestuque advocans; quas, si accesserint, benevole excipit; & tradunt, multa de suo elargiri: si non accesserint, non curat, nec malus est erga eas. sæpe etiam, repulsa indignatus, in puteum proripit se; adolescentulas forma honesta ac liberali, quarum amore capi dignoscitur, solicitando & pollicitando in fraudem illicere conatur. Et, ut magis admireris, non desunt, qui dicant, nonnullas, donis delinitas, homuncioni sua obstrinxisse, ideoq; ab eo, tanquam familiares, in puteos delatas, & in pulcherrimos thalamos, omnium rerum apparatu ditissimos ac splendidissimos, intromissas, & post diutinam moram cibo potuque refectas, extra puteum asportatas, & cum vellent postea semper, dummodo pusionis cupidinem non fefellissent, thalami aditus patuisse. idque inter alios maxime asseveranter traditur de ingenti puteo, quod in horto Cavaci est, à quo paucissimi, propter ejus magnitudinem, & forte etiam religione quadam ducti, aquam hauriunt. Sic etiam Chii, in mœnibus ædium Mazangorum, adhæret puteus, ita tamen ut, totus in viam insinuatus, eam interrumpat, ne recta excurrat, paulo post D. Eustratii templum, à dextra, dum in Tristratum contendis à foro, non admodum profundus, ore angusto, sed caveis undique ac fornicibus subnixus: ex eo quasi semper nocte media homo, equo, eoque ferocissimo, insidens, egreditur, & ea via concitatius nec sine strepitu currendo itque reditque, cum demum in eundem puteum cum equo cadit: hominem, *Veniam* dicunt. & res ista adeo est rumore omnium vulgata, ut, si quis

ambi-

ambigeret, inſanire à vicinis illis diceretur. Et, cum aliquem, quaſi mentis inopem, ludunt; interrogant, an ex puteo Veniæ biberit: ἔπιες ἀπὸ τὸ πηγάδη τοῦ βένιας. quaſi potu illius aquæ dementes fiant. In Suda etiam locus eſt, qui caſtrum ab urbe ſeparat, ubi ſub ſpecie ſuis, & porcellorum, viſum ſæpiſſime, affirmant. Nec mirum eſt, ſimiles ſpiritus ut plurimum in puteis, & fontibus, aut locis aliis, aquis lutoque obſitis, conſpici: nam, ut teſtatur Tertullianus libro de Baptiſmo, *immundi Spiritus aquis incubant; ſciunt opaci quique fontes, & avii quoque rivi, & in balneis piſcinæ, & Euripi in domibus, vel ciſternæ, & putei, qui rapere dicuntur, ſcilicet per vim ſpiritus nocentis: nam & enectos, & lymphatos, & hydrophobos vocant, quos aquæ necaverunt, aut amentia vel formidine exercuerunt.* Quare vero humidum appetant, & balnea frequentent, fuſe diſputat Pſellus de Dæmonibus: & Balnearium Dæmonum meminit Eunapius in Porphyrio: Φησὶ δὲ καὶ δαιμόνων τινὰ φύσιν ἀπὸ λουτροῦ τινὸς διῶξαι, καὶ ἐκβαλεῖν, Καυσάθαν τοῦτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι. *Addit etiam, ſe pepuliſſe, atque è balneo quodam Dæmonem, ab indigenis Cauſatham nominatum, ejeciſſe.* Vide, quæ idem de Erote, & Anterote narrat in Iamblicho. Et de alio Dæmone, è balneo ejecto, Gregorius Nyſſenus in vita Gregorii Thaumaturgi. Sed quid nugas recolo? quod ſi vellem omnes, quas illi tanquam certiſſimas, etiam nolentibus, effutiunt, memorare, epiſtola in volumen excreſceret. Quare eo, quod in domo mea accidit, enarrato, tractationi finem imponam. In ea æde, uti fama erat, elementum ſimile, ſub forma colubri, conſpici ſolebat. Antequam Chium ipſe perveniſſem, dies quindecim mater in armario, quod in ea eſt, neſcio quid quærens, ſtatim ac aperit, in medio colubrum circumvolutum, ac quieſcentem videt; obſerat, & vicinis narrat. Vetula una ex illis, quæ Sibyllina oracula fundunt, reſpondit, non multos poſt dies adfuturum dominum ædis. Et tamen nec mater nec vetula nec quiſpiam alius de meo itinere ſcire poterat, cum ex improviſo me illi accinxerim, &, etiamſi voluiſſem de profectione mea certiorem aliquem reddere, non potuiſſem. Intra jam dictos à vetula dies, domum acceſſi. Elapſis octo menſibus, nocte media, è ſomno excitatus, intellexi, neſcio quid ſub ipſo cervicali, in quo caput reclinaveram, ſtertere, &, extenſa manu, viſus ſum mihi ſerpentem apprehendere, qui contactu illo

ſubito aufugit. Summo mane, quid tetigiſſem nocte, vicinis narro. Illa eadem vetula, ad me converſa, ſubridenſque: Non multo poſt, ait, hinc eundum tibi eſt, alioque proficiſcendum. Et ſane tunc hoc vaticinium viſum eſt; cum nec ipſe de abitione cogitarem, nec quidpiam eſſet in cauſa, ob quod me itineri traderem. Non viginti præteriere dies; & de diſceſſu verba facta ſunt, & iter Romanum concluſum. Alii etiam, ex rebus ſimilibus, plura prædicunt. Sed mihi ſatis, populi opinationem uno aut altero exemplo indicaſſe.

XXIII. Illud etiam minime diſſimulabo. Solent, qui rerum ſacrarum venerantiores videri volunt, dum de vita alicujus, qui peregre abfuerit, ſciſcitantur, &, vivatne ille an mortuus ſit, ignoratur; primum preces neſcio quas ſubmurmurare: accendunt deinde facem, vel lampadem, quam ſub dio, aëri ventoque, tempeſtuoſiſſimo etiam tempore, exponunt: alii ante ſacras imagines appendunt. ſi, antequam fax vel oleum finiatur, lumen illud extinctum fuerit, non leviſſima conjectura, ſed certiſſimo argumento conſequuntur, actum de eo eſſe, & jam extinctum inter mortuos morari; ſi ſæviente etiam tempore lumen inextinctum permanſerit, bene cum eo agi, & ipſum vivere. Ex colore etiam luminis ſe fatentur agnoſcere, & morbi genus, & quo letho vitam finierit, & quomodo cum eo per id ipſum tempus agatur; num tutus, vel in diſcrimine vivat. Multos abhinc annos, cum Venetiis eſſem, in platea Sancti Marci, conferremque cum aliis ſolicitudines meas, à viro probo catoque, qui aderat, accepi, D. Virginis imaginem, in eadem platea, ſumma cum veneratione expoſitam, inter alia multa illud quoque, tanquam eximium, ſibi habere, ut, ſi quis ante eam, de vita alterius, quicunque ille fuerit, anxius, candelam accenderit, ex illius lumine ſine controverſia deprehendatur, an adhuc ille inter vivos ſit; ſiquidem, ſi vivat, quidquid tempeſtatis irruat, lumen illud non extingui; ſi vita exceſſerit, etiam ventis omnibus ſilentibus, & pacatiſſimo aëre, nulloque compellente, exſtingui. Dictum hominis, viri alii probi, teſtimonio ſuo, comprobabant. Ad hoc idem referri poteſt, quod de lampadibus magnæ eccleſiæ refert Pachymeres Hiſtor. lib. VIII, cap. XIV: Τετάρτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ μηνὸς ἐλαφηβολιῶνος ὁ προβληθεὶς Ἀθανάσιος πεζῇ καταλαμβάνει τὸ θεῖον τέμενος. μικρὸν δ' ὕστερον καὶ χειροτονεῖται.

τῆς δὲ

γὰρ ἦ ϗ τότε σημεῖον συνῆθες. νηνεμίας γὰρ ὅσης τὰς περὶ τῷ ςασιδίῳ φωταγωγοὺς μέσον ἐκ τῶν κύκλων ἀπῃωρημένων, ἃς πᾶς τις τῶν ἐν κλήρῳ ἐπ' ἐκβολῇ πατριάρχου σημεῖον εἶχεν. ἅμα γὰρ ἐκεῖναι τελουμένων τῶν ὕμνων ἐσείοντο, καὶ ὁ βλέπων ἐκβολὴν κατενόει τοῦ τότε πατριαρχεύοντος. καὶ γέγονε ταῦτα ἐπ' Αρσενίῳ, Γερμανῷ, Ιωσὴφ, Ιωάννῃ, καὶ Γρηγορίῳ. ταύτας τότε ξυνέβαινε σείεσθαι, καὶ πολλοῖς βλέπουσιν ἐξητάζετο τὸ τελούμενον. *Decimo & quarto die mensis octobris, qui elatus fuerat Athanasius, pedes divinum templum appellit, paulo post ordinatur; & consuetum tunc quoque signum fit. silentibus enim ventis omnibus, lampades in stationis medio è circis appenduntur, quas è Clero quilibet proscriptionis Patriarchæ argumentum habebat: cum hymni canerentur, movebantur; &, qui illas viderat, de ejectione Patriarchæ, qui tunc erat, argumentabatur; hocque de Arsenio, Germano, Iosepho, Ioanne, & Gregorio. Has tunc quoque moveri contigit; multique, qui id viderant, factum examinabant.* Et de Simonide, Andronici senioris Palæologi filia, tradit Pachymeres Histor. lib. IX, cap. ultimo: Ἐλύπει τῷ βασιλεῖ παίδων θηλειῶν ἀποβολὴ, πρὶν καλῶς ϗ φανῆναι, καὶ τοῦτο ἐπὶ δυσὶ καὶ τρισὶ παισὶ γέγονεν. ἐπεὶ ἦ ϗ ἡ νέανις αὕτη ἐπεγεννᾶτο, καὶ φόβος δεινὸς ἦν, καὶ περὶ αὐτῆς, τῶν τις γυναικῶν ἐμπείρων, ἅμα ἦ ϗ σεμνῶν βουλὴν εἰσάγει, παρὰ τὴν συνήθη πολλοῖς, καθ' ἣν δὴ ϗ σώζοιντο τὰ γεννήματα. καὶ ἡ βουλή. εἰκόνας τῶν προεχόντων ἐν ἀποστόλοις δώδεκα, ςήσαντας κηροὺς ἰσομήκεις τε, καὶ ἰσοσταθμοὺς, καὶ ἀμφημμένους ἀνεκάςῳ πήξασθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ νεωςὶ γεννηθέντος ἱκετεύειν ψάλλοντας, ἐπέχοντας τὴν εὐχὴν μέχρι καὶ αὐτῆς δὴ τῆς ἐκ τοῦ πυρὸς τῶν κηρῶν δαπανήσεως. καὶ ἐφ' οὗ δὴ ὁ περιγενόμενος, τῶν ἄλλων τέως ἀφανισθέντων, ἔςη, τοῦτο ϗ τοὔνομα τῇ ἀρτιγενεῖ τίθεσθαι, τοῦ περιεῖναι κἀκεῖνο φυλαττόμενον ἕνεκα. ὁ δὴ ϗ γέγονε τότε, βασιλέως προστάξαντος, καὶ τῷ Σίμωνι ὁ κηρὸς ἐνελέλειπτο, καὶ Σιμωνὶς ἡ ἀρτιγενὴς παρωνύμως ἐκλήθη, τὴν ὀνομασίαν τοῦ ἀποςόλου εἰς φυλακὴν φέρουσα. *Angebatur Imperator ob filiarum amissionem, antequam vel perfecte in lucem venirent: quod illi in duabus vel tribus contigerat. Cum vero juvencula hæc nasceretur, & timor eum occuparet ingens, ne & similia illi evenirent, mulier quædam, rerum experientia & morum gravitate percelebris, præter multorum morem consilium dat de genitorum salute: idque facit. singulis duodecim inter Apostolos eximiorum imaginibus cereos, & mole & pondere æquos, tot numero accendere, unicuique propriam, tum de nuper genito, cantillantes, preces fundere, easque continuare, donec cerei igne absumantur, & ab eo, in quo lumen, consum-*

ptis aliis, ſupererit, nomen recens nato imponere; ſic enim ſalutem atque incolumitatem adepturum. Cum juſſiſſet Imperator, præſtita ſunt omnia; & inter alios Simonis cereus, extinctis aliis, diutius duravit: unde recens natæ nomen inditum fuit Simonidi, in ſui conſervationem nomen Apoſtoli præferenti.

XXIV. Addam etiam piam eorundem Græcorum conſuetudinem. Die, Epiphaniæ ſacro, cum Chriſtus Dominus à Ioanne Iordanis aquis ablutus eſt, univerſo populo conveniente, ſacerdotes cereis, quos ſingulis exhibent, ſolemni ſupplicationum ritu, & reliquo ceremoniarum apparatu, aquis benedicunt, benedictione ea, quam ipſi *μέγαν ἁγιασμὸν* vocant. tum demum aqua illa omnium direptioni relinquitur. qui accurrentes, alii majoribus, alii minoribus phialis eam exhauriunt, domumque referunt, & poſt ſedulam per domos aſperſionem in vaſa vinaria ingerunt; quæ cum ſint plena, nec eam admittant, quantum aquæ in dolium inferunt, tantum vini ex foramine hauriunt. Teſtimonio omnium comprobatum eſt, vinnm erutum, ſi locis piis, vel pauperibus, diſtribuatur, vinum dolii conſervari: ſi in uſus proprios avaritia converterit, non multo poſt tempore acetum fieri. Quare eo die per univerſam urbem amphoræ, plenæ vino, hac atque illac, ſumma totius populi lætitia, ad egenos & pia loca, ſobrios etiam homines, abunde feſtinant. Relatum eſt mihi à pleriſque, qui ſe id vidiſſe, affirmanter nimis, etiam jurejurando, aſſeverarunt, in monte laudatiſſimo Atho, triginta & amplius nobiliſſimis Monaſteriis clariſſimo, hoc eodem die, æque ac in reliqua Græcia, aquis à venerandis illis Patribus, apud fluvios, vel puteos, ut commoditas tulerit, benedici. Sed illud præter alia maxime mirabile eſt. Iberorum eſt monaſterium, ab Iberis Patribus, Ioanne, Georgio, aliiſque, in honorem Deiparæ ad pedes montis juxta mare, pulcherrimo artificio, tum cum Iconomachorum hæreſis in ſacras imagines ſæviebat, exſtructum. Imago illic Deiparæ, ut à flammis & malorum hominum artibus eriperetur, à piis viris in mare projicitur; quæ, non multum poſt tempus, illius regionis accolis, ſuper mare erecta, terramque conſpiciens, objicitur. Accurrunt plerique, & lembis aliiſque navigiis ad imaginem curſum intendunt. At à vicinis illa recedere, & ſeſe proripere, & in altius ſe conferre. conatus omnes adeuntium nulli ſunt.

Quare

Quare ſtupefacti, ad Epiſcopos & reliquos ſacros homines rem referunt; qui ſtatim ſacris indumentis conſpicui, & lampadibus accenſis, nec non & ſuffitu, & canticis; ubi eodem in loco Imaginem intuentur, uti prius antea egerant, ipſi quoque contendunt. ſed fugiente illa, & ſæpius illis idem attentantibus, opera luditur. Confugiunt ad preces; & lacrymis ac ſuſpiriis exorant Deum, ut, quid facto opus ſit, manifeſtet. Deus indicat Epiſcopo, Imaginem illam haberi non poſſe, niſi in eandem ſolemnitatem Iberi, quos jam diximus, convenirent. Conveniunt. Imago, inmobilis facta, capitur, eorumque manibus contrectatur. Quare Iberi ibidem collocant, & nomen poſtea exædificato Monaſterio dant. Littus ibi arenoſum, quod huic Monaſterio peculiare eſt, ad trecentos & quinquaginta paſſus porrigitur. In ſolemnitate luminum, dies eſt Epiphaniæ, Monaſterii Patres in littore aquas, frequentiſſima populorum celebritate, undique confluentibus regionis accolis, luſtrant. Immergitur prius in aqua dulci, quæ in pelvi vel alio vaſe eſt, Chriſtus, Cruci affixus, & qui manu à Præſide geſtatur: tum demum Crux, cuſpidi haſtæ longioris innixa, in mare ipſum, quam longiſſime fieri poteſt, extentis etiam brachiis, in imum maris gurgitem demergitur, & elata voce canitur hymnus: Ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου σου κύριε, ἡ τῆς Τριάδος ἐφανερώθη προσκύνησις, τοῦ γὰρ Γεννήτορος ἡ φωνὴ προσεμαρτύρησεν, ἀγαπητὸν σὲ υἱὸν ὀνομάζουσα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐβεβαίου τοῦ λόγου τὸ ἀσφαλὲς, ὁ ἐπιφανεὶς χριστὲ ὁ θεὸς, καὶ τὸν κόσμον φωτίσας, δόξα σοι. *In Iordane, cum baptizareris, Domine, Triadis manifeſtatus eſt cultus: namque Genitoris vox teſtimonium exhibuit, dilectum te Filium nuncupans, & Spiritus, in forma columbæ, ſtabiliebat ſermonis certitudinem. Tibi, qui apparuiſti, Chriſte Deus, & mundum illuminaſti, gloria.* Hymnus cum melodia ter repetitur. dum canitur, aquæ illæ ſalſæ, per totum illud littus guſtatu dulceſcunt, ad bibendum ſuaviſſimæ factæ; finito tertium hymno, in priſtinam ſalſedinem redeunt. Quare omnes turmatim in mare ingreſſi, delicatuli cyathis, rem ita eſſe, experiuntur; alii alio modo aquas potantes, hæſitantibus factum prædicant, & aquas ad guſtandum propinant, repentinam & variam aquarum immutationem tam brevi tempore admirantes, & ſingulis in annis Chriſti Baptiſma tanto miraculo celebrantes. Aquas porro, eo die illius benedictionis participes,

firmi-

firmiter asseverant neque corrumpi, neque putrescere; quod experimento ipso se probasse contendunt, nulliusque mentis esse, qui id inficias iverit. Id si aliter evenire observarint, mala sibi imminere, & infausta omnia, ominantur. Hoc idem tradunt & de pane consecrato, quem ab omni corruptione & putrescentia vindicant. Quare, cum aliquando corrumpi contigisset, instar prodigii, & futurorum malorum prænuncium, non sine lacrymis narravit Pachymeres Histor. lib. VII, c. XXVIII:

Ἐπλήθυνε δὲ τοῖς τότε τετελεσμένοις καί τι συμβὰν φοβερὸν μὲν ἰδεῖν, φοβερὸν δ' ἀκοῦσαι. οὐ δὴ καὶ ἄλλος ἄλλό τι αἰτιάσαιτο, καὶ ἄλλο ἄλλος. οὐδεὶς γὰρ ἂν οἶμαι εὐστοχασθείη τὴν κρίσιν, κἂν πολλὰ κάμῃ περιστροβνῶν. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, εἰς δὲ τὰ ἔσχατα τῆς σοφίας αὐτοῦ τίς ἀφίκετο; φησὶν ὁ Ἰώβ. τὸ δ' αὖ ἐκ τοῦ παρήκοντος ἐπὶ τοῖς θείοις τοιαῦτα γίνεσθαι λέγειν, ἢ καὶ δοξάζειν, οἷα δὴ καὶ ἐροῦμεν, μανίαισιν ὑποκρέκει φησὶ Πίνδαρος. ἐμοὶ δ' ἅπαξ ἐμαυτὸν καθήκοντι εἰς ἀγγελίαν τῶν γινομένων, ἣν πού καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς γέγονεν, οὐ δικαίως ἂν καὶ παραιτητέον εἴη ὅτι λέγοιμι. νέμει γὰρ τὸ θαρρεῖν ἡ ἀτρέκεια, καὶ οὐδὲν χεῖρον οἶμαι ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων ἂν πάθοιμι λέγων, ὧν ἐμαυτὸν ἴσως δράσαιμι μὴ εἰπών. τῷ τοι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις λεγέσθω, δεῖγμα μὲν φέρον θεοῦ προνοίας, πρὸς ὅ,τι δὲ φέροι ἢ παρελθὸν, ἢ ἐσόμενον, ὡς εἰκὸς ἀγνοούμενον. ἡμέρα μὲν οὖν τῆς τυρινῆς κυριώνυμος τότ' ἐφίστατο. ἐκάλει δὲ τὸν ἔσω ἐκκλησίας ἱερουργοῦντα τὸ σύνηθες. τὸ δ' ἦν τὸ προηγιασμέναις ἀναφοραῖς τὸ ἱερὸν πυξίον ἐς ὅτι μάλιστα ἐμπιπλᾶν κατὰ χρείαν τῶν τεταγμένων λειτουργιῶν. ἐπεὶ γοῦν τετέλεστο μὲν ἡ τῆς ἱερᾶς θυσίας ἀναφορὰ, ἀνεπτύσσετο δὲ τὸ πυξίον, ἐφ' ᾧ τοὺς ἱεροὺς ἄρτους τεθῆναι, εὕρηταί τις εὐθὺς ἐντὸς τῶν προηγιασμένων ἀναφορά. ἣν δὴ καὶ εἴκασε τις ὁρῶν μίαν τῶν τριῶν ἐκείνων εἶναι, ἣν καὶ τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης τετράδος μελλούσης ἀναφέρεσθαι, συμβὰν τότε καθὼς λέλεκται μὴ τὰ τῆς ἱερᾶς τελεσθῆναι θυσίας, διὰ τὴν ἔσω ἐκκλησίας τῶν ἐκκλησιαστικῶν παροιονδηποτοῦν ὀψὲ τῆς ὥρας γεγονυῖαν συγχώρησιν, ἐκεῖσέ που ἀφεθεῖσαν τῆς πράξεως κεῖσθαι συνέβαινεν. ἡ δ' ἠχρείωτο πάμπαν, καὶ σέσηπτο, ὡς μηδ' εἰκόνα φέρειν ἄρτου, μὴ ὅτι γ' ἄρτον, καὶ ἀμηγέπη φαίνεσθαι, ἀλλά τινα τύπον θρυμμάτων μελάνων θηλακῆς, ἤ τινος ἄλλου τοιούτου σκευάσματος. τρόμος οὖν ἰδόντα παραυτίκα λαμβάνει τὸν ἱερέα, καὶ ὅ,τι πράξοι, οὐδὲ γὰρ ἦν ἐκεῖνον ἐνοῦν εἰς κατάληψιν τοῖς προσφάτοις, διενοεῖτο. καὶ τὸ πρᾶγμα φοβερὸν ἔδοξεν, οὐ παθὸν τόσον, ὅσον φανὲν, ἐπείπερ τὰ τῆς εὐθετήσεως ἠμηχάνητο. τοίνυν καὶ εἰς κοινὴν θέαν προὐτέθη, καὶ τὸ ποιητέον μεθ' ὅτι πλείστης ἐζητεῖτο τῆς εὐλαβείας. ἀλλ' ὃ ἦν, καὶ ἐδόκει, καὶ πρέπον ἦν τὸ περιὸν τῆς παραλλαγῆς οὐκ ἐδίδου

ἐδίδου γίνεσθαι. καὶ δὴ πρὸς τὴν μετάληψιν ὀκνῶν ὁ ἱερεὺς οὐ προσίετο, θεῷ δ' ἀναφέρειν ἄλλως οὐκ ἦν μὴ μεταλαβόντα τὰ δῶρα. καὶ ἔνθεν μὲν φόβος, ἐκεῖθεν δ' ἀπορία τοὺς θεωμένους διεμερίζετην, οὐκ ἔχοντας ὅ,τι καὶ πράξοιεν. ὁ γοῦν φόβος τὰς σφῶν γνώμας συνέστελλε, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἄγων βουλὴν, τὸ τὸν ἱερέα, κἂν ὅ,τι καὶ πάθοι, προσήσεσθαι τὸ φαινόμενον. οὐ γὰρ μηδ' ὅλως προσιτὸν ἐκεῖνο νομίζοντος, μηδ' ἄκροις ὡς εἰπεῖν χείλεσι τὸ προσάπτειν, ἡ ἀπορία τολμήσασα ἐσχεδίαζε μηχανὴν, πολὺ μὲν τῶν ἀξίων ἀποδέουσαν, ἀναγκαίαν δ' ἄλλως ὑπὲρ πᾶν ἕτερον, ὃ δὴ καὶ ἐννοήσειέ τις πώποτε. Θεῷ μὲν οὖν ἄρα τῶν τιμιῶν, καὶ ἱερῶν ἐκείνων μέλειν εἰκὸς, καὶ ἔμελε πάντως. ἐκεῖνον γὰρ τότε ὁ τοῖς τοιούτοις ἀφιερωμένος τόπος ἐκ παλαιοῦ, ὃς δὴ καὶ ἰπνὸς ἅγιος λέγεται, ὁσίως ἐπιῤῥιφέντα, ὁσίως δέχεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. *Iis autem, quæ tunc temporis acta erant, quod acciderat, certitudinem addidit, aspectu sane audituque terribile: cujus causam alius aliam afferat, nemo tamen judicio suo rem tanget, licet multa perquirens delassetur. Quis enim novit mentem Domini? in extrema vero ipsius sapientiæ quis pervenit? Iob ait. Verumtamen in rebus sacris temere similia fieri, dicere aut opinari, qualia prosequemur, ad insaniæ numeros concinitur, ajebat Pindarus. Cum vero ipse semel me accinxerim ad narrationem eorum quæ facta sunt, si quid præter expectationem accidit, haud fas est id præterire. Veritas enim firmat animum: nihilque tale à futuris auditoribus demerebor narrans, quod ipse mihi facerem silens. Quapropter id quoque præter alia narratur, signum divinæ præ se ferens providentiæ: quodnam autem, præteritumne an futurum notet, ut par est, ignoratur. Dies itaque Dominicus, cui ab edendo caseo nomen est, imminebat; mosque eum, qui in ecclesiis sacrum faciebat, vocavit. is erat, præsanctificatis oblationibus sacram pyxidem, quantum poterat, implere pro præscriptarum Liturgiarum numero. Peracta itaque divini sacrificii oblatione, dum pyxis referebatur, ad sacros panes reponendos, statim intra ea inventa est præsanctificatorum oblatio; quam non male quis, contemplans, asseverasset, unam esse ex tribus illis, sancta magnaque Feria quarta offerendam; cum tum contigisset, ut dictum fuit, sacrum sacrificium non fuisse confectum, propter in ecclesia ab Ecclesiasticis, quicumque illi fuerint, nimis tarde factam absolutionem, eo in loco quod usurpata non fuisset; jacentem, ita penitus corruptam, ac putrefactam, ut nec speciem quidem panis haberet, tantum abest, ut panis esset, panisque aliquo modo appareret. Videbantur porro esse frusta quædam nigerrima theriacæ, vel alicujus alterius*

terius similis compositionis. Tremor itaque, statim ac viderat, Sacerdotem invadit, neque, quid ageret, quando illa cum recentioribus particulis ad consumptionẽ uniri non poterat, sciebat; & res terribilis judicata est non tantundem perpessa quantum videbatur, cum remedia nulla suppeterent. Quare omnibus ad videndum proponebatur, &, quanta fieri poterat devotione, quid agendum esset, perquirebatur. Sed quod erat, & videbatur, & addecebat, ingens illa immutatio fieri concedebat. & jam hærens sacerdos, à consumptione animo abhorrebat; at Deo offerri aliter non poterat, ni munerum communicasset; & una ex parte timor, ex alio consilii inopia, videntes dividebat; quid factu opus esset, ignaros. sed timor eorum mentes contrahebat, ad unum idemque ferens consilium, sacerdotem, quidquid ille perpessurus esset, quod videbatur, assumere debere. Illo autem nulla ratione, nec summis, quod dicitur, labris degustare volente, hæsitatio illa audacior facta, subitarium remedium attulit, multo quidem dignitate inferius, supra vero alia omnia, quæ quispiam unquam excogitaverit, necessarium. Deo itaque preciosa ac sacra illa curæ esse, & omnino fuisse, vero simile est. Tunc enimvero in locum ab antiquis, temporibus similibus, consecratum, cui & sacro furno nomen est, sancte projecta, sacre excipiuntur. Sane, aquam benedictam, præsertim vero Baptismalem, etiam inter Latinos deprehensam permanere incorruptam, aliquot exemplis docet Gretserus lib. II de Benedictionibus, cap. X; & confirmat amicus noster Bartoldus Nihusius, prope Magdeburgum in Monasterio Monialium Haldenslebiensi, cui Præpositum aliquando se fuisse ait, asservatam aquam Baptismalem in Fonte ecclesiæ publico integram, ac recenti semper similem, in annum sexagesimum usque, seu donec ab Oeconomo Lutherano, qui Monialibus istis anno circiter CIƆ IƆC XX obtrusus, effusa perierit. Qui ipse Nihusius addebat quoque, à notissimo sibi ac nobis, magnique nominis Theologo, in Belgio, aquæ ejus, qua sub Missæ finem Sacerdos Calicem eluit ultimo, participes redditos nonnullos, gravissime ægrotantes, convaluisse subito: quod ipsum pertinet ad ea, quæ nos retulimus hîc supra, num. VI. Sed de his satis.

XXV. Et ne longius abeam ab his iisdem diebus; primo Ianuarii die, qui civilis anni apud Græcos initium est, cum Basilii Magni memoria recolitur, pater, aut, ubi is defuerit, materfamilias, illucescente jam die, antequam quispiam de domo egredia-

egrediatur, egressus ipse, & canistrum, ad id præparatum, in quo varii generis fructus, & bellaria, & panes etiam candidissimi, & summa cum diligentia facti, repositi sunt, accipiens, in domum revertitur, & fausta domui & habitatoribus obmurmurans, per totam domum ter circumiens, illa abundanter effuseque spargit. Tradunt, hoc susurro, & rerum comestibilium profusione, per eum annum fausta domui omnia eventura. Id ubi ipse vidi, non sine risu dixi, melius cum illis futurum, si, quæ frustra projiciunt, præmansa deglutirent.

XXVI. Navigabamus Chio, abhinc annis triginta, Messanam. Maleam prospero vento prætervecti, post diutinam maris malaciam, sæva subito tempestate coorta, jactari cœpimus; quæ magis ac magis, vi ventorum adversa, exasperata, spem salutis omnem ademerat. Quare simul una omnes fluctuum vorticibus demersi, mortem expectabamus: dum mei ipsius me miseret, & navigationem, cum domi quiescere possem, accuso, video in ora navis navarchum, manu nescio quid signantem, linguaq; submurmurantẽ. Is in rebus maritimis exercitatissimus peritissimusq; habebatur. Accedo; quid agat, interrogo. Senex, licet nimis metuens male, hilari tamen vultu respondit: Funestæ undæ impetum frango, & signo crucis aliisque precibus excanto. Num inter tot occursantes illas undas funestam ipse nosceret, quæro. Sic est, ait; quamvis tot undis navis jactetur, nulla tamen eam, nisi nona, demerget. Et, cum pulsu acrius navis concussa, versaque in aliam partem, marinis aquis obruta, sub aqua subsisteret, nec tam cito, quemadmodum & alias, erumpendo expediretur: Hæc, ait, nona est; numerum cape. & voce orsus numerum computabat. Mirum sane fuit. Nona computabatur, eaque, tanquam validiore & periculosiore machina, navis fluctuabat, ut excidium palam minitaretur. Vndam ille tacito susurro, & signo Crucis, videbatur mitigare, ut malum averteret. Verba, quæ ipse dicebat, ipse non novi: neque enim operæ pretium duxi, secreta hominis disquirere. Vndas fere millies enumeravi, antequam tempestas quiesceret; & verum semper dictum senis expertus sum: nam semper una nona, navis, novo infortunio, in periculum versa est.

XXVII. Si gallina cecinerit, dirum sibi omen concinuisse asserunt; & ita avertunt. Paterfamilias, vel qui primas in domo obtinet,

obtinet, correptam gallinam in ſolio portæ ſiſtit, tum inſuſurratis quibuſdam, bipenni, aut enſe ad hoc parato, caput detruncat. Proviſum eſſe imminenti infortunio autumant, ſi uno ictu collum penitus abſciderit: quod ſi uno rem non peregerit, ſed adhuc aliqua ſui parte reliquo inhæreat, non eſt pulſa calamitas, ſed dirior expectatur: tantam vim ineſſe collo canoræ gallinæ arbitrantur.

XXVIII. Chii quoque traditio non leviter civium animis inſedit, reſinam illam, quam ipſi Maſticem vocant, ante D. Iſidori Martyris certamen fluidam liquidamque fuiſſe, poſtea ſanguine tanti Martyris, qui per ea loca pertractus diſcerptuſque fuit, in corpus ſolidum induruiſſe. Eam ſcripto etiam traditam legi apud Nicolaum Pepagomenum, in orat. de D. Iſidori laudibus. Λόγος δέ τις αἱρεῖ, καὶ ἡμῶν ἄχρι φθάσας, ὡς τὸν νῦν καταρρέοντα τῶν σχοίνων ὀπὸν καὶ πηγνύμενον, ἴστε πάντες, ὁπόση τούτου παρὰ τοῖς Χίοις μόνοις φορὰ καὶ ὡς εἴπερ τι τῷ βίῳ τούτῳ λυσιτελέστατον καθ' αὑτόν τε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιμιγνύμενον, μὴ πρόσθεν ἰσχυρὰν εἰωθότα λαμβάνειν τὴν πῆξιν, κἀντεῦθεν τοῖς ὕδασιν ὕοντος συμπαρασυρόμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον. ὅτι μὴ πάνυ μετρίου τινὸς ἀνδρὸς, οἱ τοῦ μάρτυρος ἆθλοι, καὶ τὰ λαμπρὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀγωνίσματα, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνένδοτον, καὶ αἱ συχναὶ καρτερήσεις, εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται πρὸς λίθου φύσιν ἐγγὺς μετεποίησεν, ἅμα τε τούτου τοσαύτην εἰργάσατο τὴν ἐπίδοσιν, ὡς μηδένα μικροῦ τῶν ὁπήποτε γῆς οἰκούντων, μὴ τῆς κατ' ἔτος ἀπολαύειν φορᾶς. *Rumor quidam hiſce quoque noſtris temporibus circumfertur, deſluentem è lentiſcis liquorem, qui tandem concreſcens dureſcit, (hujus apud Chios ſolos copiam, & maximum inter alia uſum, & in morbis utilitatem, vel ſolius, vel aliis commixti, optime tenetis,) cum prius non concreſceret, & aquis pluviis præter modicum unà duceretur, & interiret, Martyris hujus triumphos, ſplendidaque contra inimicos certamina, & mentem ſeveram, nulliſque cedentem, ſpiſſaſque tolerationes, in lapidis prope naturam, quod nunc conſpicimus, convertiſſe; & ſimul eam copiam præſtitiſſe, ut jam nemo, ubicunque ille terrarum orbem inhabitat, illius copia deſtituatur.*

XXIX. Vocant item jamdudum nos inſecta, & vermes, folia olerum abrodentes, illique maxime, qui, quod in arcum rependo curventur, Campæ Græcis nuncupantur; Latinis, ab erodendo, erucæ. Variis modis ab olerum fruticibus eas abigi, in comperto eſt. Multi, naturæ facultati minime fidentes, ad

alia

alia nugacia confugiunt. Relatum mihi eſt, opportuniſſimum remedium eſſe, ſi illi, tanquam rei, per præconem, aut libello ſcripto, per nomina in curiam ad judices citentur. Sic enim vel illico evaneſcunt. Si pergunt adferre noxam, repetita citatione proclamantur. ubi pertinacius perſiſtunt, in contumaces ſententia pronunciatur. Sunt etiam, qui pro damno, jam accepto, & detrimento, teſtes examinant. Mirum dicunt eſſe, vermiculos, qui omnia tolerant, judicium non ſuſtinere, ſed repente, ne deprehenſi pœnas luant, eodem tempore diffugere, atque evaneſcere. Non nemo etiam, cum eos contumaciter imperia judicum ſpernere videt, captos aliquos ſupplicio enecat, & furca appenſos in viridario collocat; ibi tum cæteri, metu pœnæ, loca in alia ſecedunt. Si riſeris, jurati rem eandem conteſtantur. Nec abſimilia ſunt, quæ apud Georgicorum ſcriptores Græcos lib. XII, cap. VIII, leguntur: Τινὲς δὲ ὅταν κάμπαι πολλαὶ ὦσι, γυναῖκα καθαιρομένην εἰσάγουσιν εἰς τὸν κῆπον, ἀνυπόδετον, λυσίτριχον, ἓν μόνον ἐνδεδεμένην ἱμάτιον, καὶ μηδὲν ἄλλο ὅλως ἔχουσαν, μήτε περίζωμα, μήτε ἕτερόν τι. αὕτη γὰρ τούτῳ τῷ σχήματι τρὶς περιελθοῦσα τὸν κῆπον, καὶ διὰ μέσον ἐξελθοῦσα, εὐθέως ποιήσει ἀφανεῖς τὰς κάμπας. *Quidam, ubi multæ erucæ ſunt, mulierem menſtruatam in hortum inducunt, diſcalceatam, ſparſis crinibus, unico tantum palliolo indutam, & nihil omnino præterea habentem, neque perizomate ullo velatam, neque alia ulla re tectam. Hæc enim, ter hac figura ac habitu hortum circumiens, & per medium egreſſa, ſtatim erucas diſparere faciet.* Michaël Pſellus earum perdendarum aliam init viam. Δύο δὲ ἤστην ἄνδρε σοφὼ τὰς ἀπορρήτους δυνάμεις ἐξησκημένοι Ἰουλιανὸς ὁ Χαλδαῖος, καὶ ὁ Λίβυς Ἀπουλήϊος. ἦν δ᾽ ἄρα οὗτος μὲν ὑλικώτερος, ἅτερος δὲ νοερώτερος, καὶ θειότερος, ὥσπερ οἱ ἐκεῖνον σεμνύνοντες εἴποιεν. Ὁ μὲν οὖν περίαπτα ποιήσας, ἐπάξας δὲ καὶ ταῖς ὕλαις, τοῖς μὲν τὰς τῶν θηρίων ἐπέδησεν ὁρμὰς, τὰ δὲ ἐπισχεῖν οὐκ εἶχεν. Ἰουλιανὸς δὲ καὶ ἐπῳδῶν ἄτερ, καὶ περιαμμάτων ἀνεῖλε παντάπασιν. ἐγὼ δὲ οὔτε περιάμματά σοι ποιεῖν ἐπὶ ταῖς ἐνοχλούσαις κάμπαις βεβούλημαι. οὔτε μοι τὸ βούλεσθαί τι πρᾶξις ἐστὶν αὐτενέργητος. καί μοι δοκεῖ, καὶ τὰ περὶ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν μύθοις ἐοικέναι, καὶ πλάσμασιν. ὧν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως φιλόσοφος Πρόκλος οὐ καταπεφρόνηκεν, ἀλλ᾽ ἐκθειάζει τὴν πλάσιν, ἢ τόγε δεύτερον τὴν πραγματείαν εἰπεῖν. τὰς δέγε ἀντιπαθεῖς δυνάμεις εἰδὼς κατὰ τῶν λυμαινομένων ἰσχὺν ἐχούσας, ὥσπερ ἀναιρετικὸν φάρμακον, καὶ καμπῶν, καὶ ἀκρίδων, καὶ ἐρυσίβης, καὶ τῶν ἄλλων, ἢ τὰς ἀμπέλους διαφθειρόντων, ἢ

διαβοσκομένων τὸ λήϊον συντόμῳ σοι λόγῳ ἐπισπουδάζομαι. ὕδραν τινὰ ἴσως ἀκούεις, οὐράνιον εἴδωλον. Οὗτος σε ἐπιτέλλων μὴ λανθανέτω. ἀλλ' ὁπηνίκα τὴν φάσιν τοῦ ἄστρου γνοίης, ἔχιδναν αὐτίκα θηράσας, τὸ δέγε ζῶον εἰς θήραν πρόχειρον, καὶ τοῖς χαρακτηρίσμασι γνώριμον, ὑπτίαν ἀπὸ τοῦ ὑπογενείου μέχρις τοῦ οὐραίου τεμὼν, εἶτα μίτῳ διαρτήσας λεπτῷ, ὥσπερ τινὰ κύκλον ἐν τῷ γηδίῳ ποιῶν, τὸ χωρίον ἀφανῶς περιτείχισον, ἵν' οὕτως εἴποιμι. κἀντεῦθεν ἐξασθενήσει μὲν ἐπὶ τοῖς φυτοῖς ἡ ἐρυσίβη, ἥ τε δὲ ἀκρὶς ἐπ' αὐτὰ οὐ πτερύξεται, καὶ ἡ κάμπη ἐν τοῖς ἄνθεσιν οὐ ζωογονηθήσεται. λέγω δὲ ἀκολακεύτως, ὅτι κρείττων Ἀλεξάνδρου καὶ τὴν σύνεσιν, καὶ τὴν φρόνησιν πέλεις. ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλην εἶχε διδάσκαλον, σὺ δὲ τὸν Ψελλόν. *Duo autem erant viri ſapientes, ſecretas naturæ facultates experimento ipſo edocti, Iulianus Chaldæus, & Apuleius Afer. Erat vero ille materiæ aſtrictior, alter divinior, magiſque ſpiritalibus deditus; veluti, qui eum in admiratione habent, & venerantur, dicerent. Hic itaque amuleta conficiens, verbis materiis ipſis excantatis, ferarum quidem impetus repreſſit: multa etiam reprimere non potuit. Sed Iulianus, abſque incantationibus & amuletis, omnino ſuſtulit. Ipſe vero, neque amuleta pro erucis infeſtantibus conficere te volo; neque, etiamſi ipſe vellem, ſponte ultroque actio ſuccederet. Mihi ſane videntur, quæ de his hominibus circumferuntur, fabulis fictionibuſque non abſimilia eſſe; quæ (quam ob cauſam id fecerit, nondum novi,) Philoſophus Proclus non contempſit, ſed uti divinam laudibus evehit fictionem; vel ſi magis placeat, impoſturam. Verumtamen ipſe, qui novi adverſantes facultates, virtute contra animantia lædentia roboreque præditas eſſe æque ac venenum exitioſum erucarum, locuſtarum, nec non & rubiginis, aliorumque, quæ vites abſumunt, & ſegetes depaſcuntur, compendiaria oratione rem expediam. Hydram forte audiſti, cæleſte ſignum; hæc non te lateat, exoriens; ſed, cum lumen illius agnoveris, ſtatim viperam venatus, animal id eſt & venatu non difficile, notiſque cuique patens, reſupinam, à mento ad caudam uſque, ſecato; tum acia ſubtili appendens, in agellum, velut cyclum, efficiens, locum, ut ita dicam, clam circummœnito. Hinc viribus deficiet in plantis rubigo, locuſta ſuper eas non evolabit, nec eruca in floribus enaſcetur. Dico vero ſine ulla aſſentatiône, te Alexandro multo præſtantiorem eſſe, & prudentia & judicio, quod ille Ariſtotele, tu Pſello præceptore uſus es.* Alii, quod & melius eſt, divinam opem precibus, in Euchologio præſcriptis, non abſque effectu implorant. Narraverunt mihi, & ſacramento etiam contenderunt,

runt, Monachos Cryptæ ferratæ Baſilianos, ex agro Tuſculano, aliiſque territoriis, ſimiles beſtiolas oratione ſancti Tryphonis, quæ in Euchologio Græcorum habetur, abigere: nam jejuni, poſt Miſſam, ſtola amicti, intentique, hortum circumeunt, & dictas Tryphonis preces recitantes, aqua, cui ipſi die Epiphaniæ benedixerint, quamque per totum annum conſervant, aſpergunt. Circumacto agello, foras educunt ſe; in loco alpeſtri incultoque, ſive paludoſo, ſe ſiſtunt: nam ſi in hortum ingrederentur, nihil agerent. Mirum dictu eſt; poſt breve tempus per eandem, qua progreſſus eſt Sacerdos, viam beſtiolæ illæ, dicto parentes, turmatim ac citius perrepentes, in eum locum deveniunt, & conſumpto, quidquid eſui aptum repererint, tandem diſparent: ſi palus aut aqua eſt, vi ac neceſſitate immerſæ, ſuffocantur.

XXX. Finem dicendi faciam, ſi, quod alii, de lumine Hieroſolymitano, ſcripto tradiderunt, in medium afferam. id autem fuerit (ut alio quoque divagemur,) quod in diebus Paſſionis Dominicæ, extinctis omnibus luminibus Hieroſolymis, & in ſepulchro & in eccleſia ſanctiſſimæ Reſurrectionis, jubare divino lampades extinctæ reaccenderentur, idque annuatim fieret, & ad tempora Vrbani ſecundi perduraſſe, memorat idem Vrbanus, cum in Concilio Claromontenſi Chriſtianos occidentales ad recuperandam terram ſanctam adhortaretur: Wilhelmus Malmesbur. de rebus Anglicis lib. IV, cap. II. Ex relatione etiam Hermanni Preſbyteri in litteras retulit Vrſpergenſis anno Domini CIↃCI, hoc idem in Vigilia Paſchæ populo Dei oſtenſum. Et anno CIↃLXVIII, Bartholomæus quidam Polychronius, Hieroſolymis degens, & Euangeliorum codicis exſcriptor, qui in Bibliotheca Barberina ſub num. XIII. innoteſcit, fatetur, ſe hoc eodem anno divinum hoc lumen conſpexiſſe. Οἱ ἀναγινώσκοντες δὲ εὔχεσθαι κἀμοὶ τῷ ταπεινῷ Βαρθολομαίῳ τῷ ἀπὸ τοῦ Βελτζιάνου, ἵνα ἐπιτύχω τῆς ἄνω κληρουχίας τῶν δικαίων, ἀμήν. Θεοῦ δὲ εὐδοκοῦντος δεύτερον ἀπῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς προσκύνησιν τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῷ ςχξς. τὸ δὲ δεύτερον ἐν τῷ ςχος. ὅταν πρὸς τὴν παροῦσαν βίβλον ἠγόρασα, καὶ ἀνάξιος ὢν μου οἶδα τὸ ἅγιον φῶς τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ. ἦλθεν ὥρᾳ ἐννάτῃ ἐκεῖσε εἰς τὸν ἅγιον τάφον τοῦ Χριστοῦ. *Qui legitis, orate pro me humili Bartholomæo ex Britziano, ut ſupernæ juſtorum hæreditatis particeps fiam; Amen. Deo ita diſpo-*

nente secundùm Hierosolymam deveni ad adorationem ; primum anno CIↃCLVIII, *secundum* CIↃCLXVIII, *cum & præsentem librum mercatus sum ; &, licet indignus, vidi sacrum lumen magno sabbato. descendit hora nona in sacrum Christi sepulchrum.* Et inter schedas meas adnotaveram ex antiquo Manuscripto : Ὁ ἀποκείμενος λυχνικὸς ὕμνος γεγένηται τρόπῳ τοιῷδε. ἐπειδὴ συνήθες τῇ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῆς ὑπεραγίας ἀναστάσεως νέον, καὶ οὐράνιον φῶς κατὰ πᾶν μέγα σάββατον ἅγιον δέχεσθαι ἐξαπτόμενον ἐν ταῖς ἐπάνω τοῦ ζωηφόρου θείου μνήματος κανδήλαις, τοῦτο περιμένοντι ἑνὶ τῶν πατριαρχῶν, λέγω δὴ τὸ κατὰ ἐκεῖνο καιροῦ σιγᾷ ἄρχεται ἡ ἐκκλησία. οὐδὲ ἅπτει τις, ἀλλὰ προσμένει πᾶσα ἡ ἁγία πόλις, ὅπως ἐξ αὐτοῦ λάβωσιν. ἐξαίφνης οὖν οὐ μόνον ἐκεῖ ἔσω τοῦ τάφου, ἀλλὰ σχεδὸν πᾶσα ἡ ἁγία ἀνάστασις ἐξῆψεν. ἐξεφώνησεν οὖν ὁ πατριάρχης ὡς εὐχαριστίαν τοῦτον τὸν ὕμνον, τὸ Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης. Καὶ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ δεῦρο εἰς εὐχαριστίας μνήμην τῷ θεῷ παρείληπται πᾶσιν ᾄδεσθαι. Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου πατρὸς οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐλθόντος ἐπὶ τὴν ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν ὑμνοῦμεν, πατέρα, υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα θεοῦ. ἄξιος εἶ πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς αἰσίαις υἱὲ θεοῦ ζωὴν ὁ διδοὺς. διὸ ὁ κόσμος σὲ δοξάζει. *Qui subtus est hymnus lychnicus, hoc modo factus est. Cum, ut moris est, sancta Hierosolymitana Ecclesia sanctæ Resurrectionis, omni magno sabbato novum ac cæleste lumen accipiat, in lampadibus super vivificum & divinum sepulchrum accensum, cum id expectaret Patriarcha nescio quis ; & eo tempore Ecclesia silet ; nec alius quispiam ignem accendit, sed universa Vrbs expectat, ut ex eo sibi copia fiat ; de repente non sepulchrum tantummodo, sed tota sancta Resurrectio, illuminata est. Inclamavit itaque Patriarcha, veluti gratiarum actionem, hunc hymnum : Lumen hilare sanctæ gloriæ immortalis Patris cœlestis, sancti, beati, Iesu Christi, qui venit ad solis occasum ; cum viderimus lumen vespertinum, laudamus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum Dei. dignus es, omni tempore laudari vocibus lætis, fili Dei, qui vitam donas : ideo mundus te glorificat.* Plura de eo tradit Gretserus, de Cruce, tom. III, lib. II, cap. XI. Quod etiam perdurasse, postquam ejectis Christianis urbs Hierosolymitana in potestatem Mahumetanorum rediit, habetur ex Ioanne Cantacuzeno Apolog. III contra Mahometum ; ubi ex hoc anniversario divinitus accensi luminis miraculo ad fidem Christianam Mahumetanos inducere conatur. nec non Anonymus de locis Hierosolymitanis:

Καταβαίνει

Καταβαίνει τὸ ἅγιον φῶς, τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ σαββάτῳ ὥρᾳ ἑσπερινοῦ, καὶ προσεγγίζει τοῦ ἁγίου τάφου τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὐθὺς ἅπτουσιν αἱ κανδῆλαι τοῦ ἁγίου τάφου. *Descendit sanctum lumen sancto & magno sabbato, hora vespertina; & prope fit sacro Christi sepulchro: cujus statim lampades accendit.* Petrus tamen Arcudius lib, II, cap. IX de Confirmatione, tradit, Græcos modo gloriari, se lumen sanctum, quo accenduntur reliquæ lampades in sepulchro Domini, dum cærimonias resurrectionis peragunt, pridie Paschatis miraculose habere; id vero à clarissimis viris fideque dignissimis, qui ea loca religionis ergo lustrarint, dicit se comperisse, esse falsum.

XXXI. Græci tamen nonnulli, ex hoc eodem lumine, quemadmodum & ex mortuorum cadaveribus, quæ terra per hos eosdem dies singulis annis eructat, Paschatis celebrandi tempus non esse, quod ex calculis Gregorianis colligitur, sed quod veteres in Nicæna Synodo insinuarunt, asseverant. Christophorus Angelus, de vita & moribus recentiorũ Græcorum, cap. XLII: Τρίτη αἰτία, ὅτι σημεῖον μέγα γίνεται ἔγγιστα τοῦ Νείλου ποταμοῦ, καὶ τοῦ Καΐρου διὰ τὸ τὴν γῆν τὰ νεκρὰ σώματα ἀνάγειν. ἄρχεται δὲ ἡ γῆ ἐκείνη ἀναπέμπειν τὰ νεκρὰ σώματα ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὁ Χριστὸς ἐποίησε τὸ δεῖπνον τὸ μυστικὸν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκβάλλει τὰ νεκρὰ σώματα, ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως, τουτέστιν ἕως τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὁ Χριστὸς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, οἳ λέγουν ἕως τεσσαράκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ πάσχα, καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ πάσχα οὐκέτι ἐξέρχεται. τοῦτο δὲ τὸ θαῦμα Τοῦρκοι καὶ Ἕλληνες διηγοῦνται, οἵτινες πρὸς ἐκείνους τοὺς τόπους πορεύονται. ὡσαύτως καὶ οἱ προσκυνηταὶ πορεύονται ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἕως ἐκείνου τοῦ τόπου εἰδεῖν τὸ θαῦμα, καθὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν προσκυνητῶν ἀκούεται. Γίνεται δὲ τοῦτο τὸ θαῦμα ἀεὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦ παλαιοῦ πασχαλίου, καὶ οὐδαμῶς κατὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦ νέου πασχαλίου. ἐδοκίμασαν οἱ Ἕλληνες ποτὲ ἀπὸ τοῦ νῦν εἴκοσι ἔτη πρότερον ποιῆσαι τὸ πάσχα κατὰ τὸν νέον ἀριθμὸν, ἀλλ' οὐδαμῶς ἐξήρχετο τὰ νεκρὰ σώματα κατὰ τὸν νέον ἀριθμόν. καὶ ἄλλως τὸ ἅγιον φῶς οὐκ ἦλθε κατὰ τὸν νέον ἀριθμὸν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἔρχεσθαι καθ' ἔτος ἐπὶ τοῦ ἁγίου τάφου τοῦ Χριστοῦ· κατὰ τὸν παλαιὸν ἀριθμὸν τοῦ πάσχα, ἦλθε καὶ τὸ ἅγιον φῶς ὁμοίως, καὶ ἡ γῆ ἀνέδωκε, καὶ ἔκβαλε τὰ νεκρὰ σώματα, ὡς εἴωθε καθ' ἔτος. καὶ τότε οἱ Ἕλληνες ἐποίησαν τὸ πάσχα λέγοντες. ἰδοὺ ὁ θεὸς δείκνυσιν ἡμῖν τὸ ἀληθινὸν πάσχα, καὶ οὐ μέλει ἡμῖν περὶ σοφίας ἀνθρώπων. *Tertia causa est, quod, prope Nilum urbemque Cairi, magnum signum conspicia-*

tur, quando terra mortuorum cadavera emittit. Incipit autem regio illa mortuorum cadavera eructare à magna Feria quinta, hoc est, die, quo Christus Dominus cœnam mysticam instituit, & singulis diebus corpora demortua ejicit usque ad diem Ascensionis, hoc est, usque ad diem, quo Christus ascendit in cœlum, hoc est, ad quadraginta post Pascha dies; & post quadraginta Paschatis dies cessat. Hanc vero rem admirandam Turcæ Græcique perhibent, qui ad ea loca proficiscuntur; illi etiam, qui ad adorandum Christi sepulchrum ab Hierusalem ad illa loca concurrunt ad conspiciendum miraculum; ut ex iisdem audivimus. Res tamen secundum calculum antiquum Paschatis fit, & nullo modo secundum recentiorem. Græci aliquando viginti abhinc annos secundum novum calculum Pascha celebrare conati sunt, sed nullo modo mortuorum corpora emergebant secundum calculum novum. Alia item ratione, sanctum lumen non descendit secundum novum calculum, quemadmodum singulis annis super sacro Christi sepulchro secundum antiquum calculum Paschatis descendere consuevit. Quare Græci in veteris calculi ratione persliterunt, & secundum veterem Paschatis calculum venit lumen sanctum, & terra similiter reddidit & eructavit mortuorum cadavera, uti sueverat singulis annis. Et tunc Græci celebrarunt Pascha, dicentes; Ecce Deus ostendit nobis verum Pascha; neque nobis curæ est humana sapientia. Sed jam nugarum satis est; quibus nonnulla tamen seria miscuimus obiter.

ADDENDA.

Pag. 7. lin. 28. *post* vestibulum, *insere*, vocantur πρόσωα, καὶ ἐξώσωα. apud Pachym. hist. lib. VII: Οἱ δὲ ἐπέλουν ἁγιασμοὺς τοῦ δι' ὕδατος, καὶ πρόσωα, καὶ ἐξώσωα, ἀναστήματα, καὶ κίονες, ἀλλὰ καὶ τίμιαι εἰκόνες τοῦ μεγίστου νεὼ διὰ τῆς τοῦ ὕδατος ἐπιρραντίσεως ἡγιάζοντο. *Hi veró per aquam expurgata lue sanctitatem impertiebantur, & vestibula, & loca extranea, res elatas, atque columnas; immo & pretiosas maximi templi imagines per aquæ aspersionem sanctificabantur.*

Pag. 8. lin. 3. post illa verba Sophronii, καὶ συντόνως ἐβάδιζον, *adde*: Αὐλαίαν vocavit Pachymeres lib. IX. ὑπ' αὐγὰς δὲ συναχθέντων, καὶ τὴν τοῦ αὐγουστεῶνος αὐλαίαν πληροῦντες. *Sub aurora coacti Augustæonis vestibulum implebant.* Hujusmodi Atrii

Pag.

Pag. 9. *lin.* 11. *post verbum* ejusdem, *insere :* Auctor vitæ Patriarchæ Constantinopolitani Athanasii de eodem : Καὶ ποτε περὶ μέσας νύκτας, ὡς ἐξεῖπεν αὐτὸς ἐκεῖνος ὕστερον ἀφυπνίζων ἀπῄει τοὺς νεωκόρους, καὶ πρὸς τῷ νάρθηκι προσευχόμενος, διακαῶς ὡς εἶχεν. *Et aliquando media nocte, ut idem postea retulit, excitatum abit ecclesiæ inservientes, in Narthece ferventissime, ut poterat, preces effundens.* Illud

Pag. 12. *lin.* 11. *post verba Thucydidis ,* ἐν χρῷ παραπλέοντες, *adde :* & Pachymeres Histor. lib. IX : ὅτ᾽ ἐκεῖνοι μὲν προσιόντες ἐν χρῷ τῶν τῆς πόλεως τειχῶν. Nec aliam ob causam

Pag. 20. *lin.* 5. *post*, non ineleganti vocabulo, *adde :* Quidquid enim unum ab alio separabat, sive illud velum , sive tabulatum, sive cancelli , sive aliud fuisset, δρύφακτον nuncupabant. Pachymeres lib. IX, cap. I : καὶ τῶν τοῦ τρικλίνου μάκρωνος δρυφάκτων δι᾽ ὅλου, ὡς καθαρῶς παρὰ πάντων θεῷτο ὁ εὐφημούμενος. *Ablatis item Triclini Macronis cancellis omnino, ut plane ab omnibus, qui acclamabatur, conspiceretur.* Ex quo etiam verbum idem Auctor lib. IV satis audacter περιδρυφακτοῦσθαι compotuit. Καὶ πάντων ἐν ταὐτῷ συλλεγόντων ἐκ τῆς παραθύρου τῆς αὐτοῦ κέλλης, ὃ δὴ καὶ σιδηροῖς τοῦτο μὲν ὀρθίοις τοῦτο δ᾽ ἐγκαρσίοις περιεδρυφακτοῦτο τοῖς κάμαξι, λόγων ἥπτετο πρὸς αὐτούς. *Et omnibus eundem in locum coactis, ex propriæ cellæ fenestra, quæ & ferreis una parte rectis, alia obliquis perticis obserabatur, ita ad eos loqui exorsus est.* Cyrillus

Pag. 29. *lin.* 9. *post* consumuntur, *adde :* Sed quod supra de Diaconico diximus, illud nimirum aliquando ab Altari , muro interposito, separari ; id etiam de Prothesi dicendum est; quam distinctam sejunctamq; à majori Altari aliquando observo fuisse, ex Pachymeræ Histor. lib. I in cæde Muzalonum. ὁ μέντοιγε πρωτοβεστιάριος ἐν τοῖς ἀδύτοις καὶ αὐτὸς εἰσελθὼν τοῦ ναοῦ, καὶ πρὸς τῇ κόγχῃ γενόμενος τῆς προθέσεως ἐπί τι κιονῶδες ἱστάμενον ὑπερέρχεται, καὶ τῷ ἐκεῖσε σκότῳ δὴ σὺν τοῖς ἀδύτοις θαρρῶν. *Protovestiarius ipse quoque in adyto templi introiens, & concham Prothesis accedens , sub columna stante irrepit, tenebris, quæ inibi erant, adytisque confidens.* Et infra, de parricida : τὴν γὰρ πρόθεσιν εἰσελθὼν, καὶ τῇδε κἀκεῖσε περιβλεψάμενος ἐπὶ γόνασι συνιζάνοντα κάτωθεν οἶδε τὸν οἴκτιστον, καὶ ἰδὼν ὁρμᾷ καθαιρεῖν ἀπηνῶς. *Prothesin enim ingrediens, & hac atque illac circumspiciens , infra in genua subsidentem videt miserrimum , visumque statim ad trucidandum inclementer prorumpit.* Quî enim

M 4 potuit

potuit, in adytis immorans, in Prothesin ipsam ingredi, ni Prothesis ipsa diversa ab Adytorum structura circumcluderetur? quem tamen ex adytis in eam ingressum ait Pachymeres.

Pag. 31. *lin.* 1. *post* κομιζόμενος ἄρτος. *adde* : Pachymeres Hist. lib. VII: τὸ δὲ ἦν. τὸ προηγιασμένοις ἀναφορᾶις τὸ ἱερὸν πυξίον ἐς ὅτι μάλιστα ἐμπιμπλᾶν κατὰ χρείαν τῶν τελουμένων λειτουργιῶν. ἐπεὶ γοῦν τετέλεστο μὲν ἡ τῆς ἱερᾶς θυσίας ἀναφορὰ, ἀνεπτύσσετο δὲ τὸ πυξίον ἐφ' ᾧ τοὺς ἱεροὺς ἄρτους τεθῆναι. *Id autem erat. Oblationibus præsanctificatis, sanctam pyxidem, quantum fieri potest, implere, pro missarum præscriptarum numero. Cum itaque sacrosancti sacrificii oblatio absoluta esset, Pyxis aperiebatur ad sacros Panes reponendos.* Pyxidem

Pag. 32. *lin.* 9. *post*, invigilant, *adde* : Pachymeres Hist. lib. II: κἀκεῖ προστάττει τῷ αὐταδέλφῳ σεβαστοκράτορι ἐνθεῖναι τῇ σφετέρᾳ σκηνῇ τὴν θήκην πέπλοις τε χρυσοῖς ὑπ' ἀκοιμήτῳ φωτὶ ἐχόμενα τῆς ἐκείνου στρωμνῆς. θέντα τιμᾶν τοῖς προσήκουσιν. *Ibidemque inquiunt Sebastocratori germano fratri, ut capsam in proprio tabernaculo reponat, aureis pannis ornatum, cum nunquam obdormiente lumine prope lectum, debitisque honoribus prosequatur.* Anonymus

Pag. 46. *lin.* 11. *post*, hora confectam, *adde* : Et Pachymeres lib. III, cap. II: καὶ δὴ ἐπιστήσας τὸν μοναχὸν Ῥουχᾶν, ἄνδρα δραστήριον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μετεκόσμει τε τὸ βῆμα, καὶ ἄμβωνα, καὶ σωλέαν, καὶ ἄλλα τε βασιλικαῖς ἐξόδοις ἀνῳκοδόμει. *Et jam super his monachum Rhucham, virum facinorosum, constituens, Bema, Ambonem, atque Soleam exornabat, & alia impensis regiis exstruebat.* Sed neq; ex his

Pag. 51. *lin.* 11. *post* nuncupatur, *adde*: Alii simpliciter θρόνον ἐν βήματι καὶ σύνθρονον vocant. Balsamon in Can. 11. Constant. ποτὲ δὲ ἐνεδόθη καὶ αὐτὸ τὸ καθῆσθαι εἰς τὸν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι θρόνον τῆς ἐπιδοθείσης ἐκκλησίας. *Quibusdam autem etiam id ipsum concessum est, ut sedeant in ipso throno traditæ ecclesiæ in sacro Bemate.* Pachymeres Hist. lib. VII, cap. XXXI: πρὸς τῷ τελεῖν δὲ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ὄντες, τῶν ἀντιφώνων ψαλλομένων, στολὴν καὶ τὸ σῶμα τὴν ἱερὰν ἐπενδύοντες, χερσὶν ἀρχιερέων φερομένῳ συνεισδύουσιν, εἶτα πρὸς τῷ συνθρόνῳ δόξαντες ἐπικαθίζειν τὰ τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνεπλήρουν εἰς τέλος πρὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἱσταμένῳ τῷ σώματι. *Ad sacram vero Missam decantandam parati, cum canerentur Antiphonæ, apparatu sacro corpus inducunt; quod manibus gestantes, una simul omnes in Bema ingrediuntur : postea in Synthrono collocare jussi sacrum ministerium ad finem usque peragebant, cum ante sacrum altare corpus consisteret.* Et nota

Pag. eadem, l. 14. *post*, innixa, *adde*: quam στυλίσκον *columellam* vocavit Gregoras in Histor. Οἱ δὲ ἠγκαλίζοντο τήν τε θείαν τράπεζαν καὶ τὸν ὑπὸ ταύτην στυλίσκον. *Alii amplectebantur sacrum altare, &, quæ sub eo erat, columellam.* adeo ut omnia

Pag. 174. *lin.* 19. *post* excipiuntur, *insere*, Sed de his satis. *ibid. lin.* 34. *deleantur eadem hac verba.*

F I N I S.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA P...
PALENCIA

[illegible]nus de B[illegible] [illegible]orum

3.308